34	chae vero variarum Ecclesiarum		chae vero/variarum Ecclesiarum	
35	particularium in eodem territo-		particularium in eodem territo-	
	rio iurisdictionem obtinentes,		rio iurisdictionem obtinentes,	

A) *Quoad primam partem* eiusdem numeri 4 (de incremento et conservatione Eccles. p.).

45 – 94 Patres substituere cupiunt hanc partem (lin. 28-33) hoc textu ex schemate «De pastoralis Epp. munere» (n. 21, ad 3) desumpto: «Provideatur... incremento omnium Ecclesiarum coetum, sive per sacerdotes aut paroecias eiusdem ritus, sive per Vicarium episcopalem aptis facultatibus instructum et, si casus ferat, etiam caractere episcopali ornatum, sive per ipsum Ordinarium diversorum rituum proprio munere fungentem, sive per propriam cuiusque hierarchiam, ubi id bonum spirituale, iudicio Apostolicae Sedis, postulat fidelium».

R. – Huic desiderio opponi videtur tam n. 9 emendatus nostri schematis, quam n. 11 cap. II schematis «De pastoralis Epp. munere», ubi expresse dicitur: «Episcopi tamen agnoscant iura, quae sive patriarchis Ecclesiarum Orientalium sive aliis hierarchicis Auctoritatibus legitime competunt».

46 – 12 Patres desiderant simpliciter *unum Ordinarium in territorio*.

R. – Provisum.

1 Pater desiderat ut *statim* provideatur huic incremento (lin. 29), uti habetur in n. 9 de Patriarcharum iuribus.

R. – Haec omnia excedunt competentiam Commissionis. Ad Comm. post-conc. 47 – 8 Patres postulant, ut post verba «ubi id» (lin. 32) addatur: «*revera* postulat».

R. – Non videtur necessaria additio. Subintelligitur.

48 – 1 Pater desiderat ut post verbum «fidelium» (lin. 33) addantur haec: «quando hoc fieri possit sine detrimento hierarchiae localis aut alius ritus fidelium».

R. – Additio superflua, quia haec omnia subintelliguntur.

B) *Quoad secundam partem* eiusdem numeri 4<sup>i</sup> (de collaboratione interrituali).

49 – 9 Patres desiderant ut redeatur ad textum schematis «de pastoralis Episcoporum munere», n. 38, ad 6<sup>um</sup>, qui sic sonat:

«Enixe commendatur ut Praesules Orientalium Ecclesiarum, in disciplina propriae Ecclesiae in Synodis promovenda et ad opera in bonum religionis efficacius fovenda, rationem etiam habeant boni totius territorii, ubi plures Ecclesiae diversorum rituum extant, consilii in conventibus interritualibus collatis, iuxta normas a competenti Auctoritate statuendas».

R. – Non placet mutatio, quia a) noster textus latius patet, quia considerat omnes Ecclesias, latina haud exclusa, b) agit de relationibus et collaboratione interrituali, quae etiam infra Synodos et conferentias episcopales valet, i. e. etiam in singulis dioecesibus et fere quotidie actuatur, ubi opus est.

## I [n. 4, 6, 13-17]

14 curent, collatis in pe-  
 15 riodicis conferentiis consiliis,  
 16 unitatem actionis fovere, et, vi-  
 17 ribus unitis, communia adiuva-  
 re opera, ad bonum/religionis  
 expeditius promovendum et cleri  
 disciplinam efficacius tuendam.<sup>2</sup>

## II [n. 4, 6, 3-6]

curent, collatis consiliis in pe-  
 riodicis conferentiis, 4  
 unitatem actionis fovere, et, vi- 5  
 ribus unitis, communia/adiuva- 6  
 re opera, ad bonum religionis  
 expeditius promovendum et cleri  
 disciplinam efficacius tuendam.<sup>3</sup>

[cf. n. 9]

Omnes denique et singuli fi-

---

F, II <sup>3</sup> PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 4.

---

III [B] N. 4: lin. 5: Cf. E/2582, E/2563.

IV 50 – 2 Patres desiderant ut dicatur loco «conferentiis» (lin. 36) «*conventibus*».  
 R. – Admittitur emendatio.

51 – 49 Patres (ex quibus 2 passum de laicis omiserunt) desiderant ut addatur  
 post verbum «tuendum» (lin. 40) sequens textus: «Hierarchae provideant  
 etiam, ut ascendentes ad Ordines sacros bene instruantur de ritibus et praeser-  
 tim de normis practicis in materiis interritualibus, immo et laici in instructio-  
 ne catechetica de ritibus, eorum momento et de libera communione secundum  
 normas Ecclesiae Universalis doceantur».

R. – Admittitur, quibusdam melius aptatis: «Omnes clerici et ascendentes ... de  
 ritibus eorumque normis doceantur».

C) *Quoad tertiam partem* eiusdem numeri, scil. de servando proprio ritu (lin. 4-10).  
 Plures de hoc textu agunt et varii varia proponunt (circa 620 Patres). De his om-  
 nibus Commissio examen instituit et difficultatem per suffragationem horum  
 modorum solvere conata est. Loco enim verborum: «omnes denique... obser-  
 vent» (lin. 4-10) haec proposita fuerunt:

52 – 355 Patres desiderant talem textum: «Omnes denique et singuli fideles  
 proprium ubique terrarum retineant ritum eumque colant et pro viribus obser-  
 vent, salvo iure, pro acatholicis baptizatis ad Ecclesiam convenientibus, eli-  
 gendi alium ritum, si hoc ab eis ut conditio necessaria interponatur».

Ex his 1 Pater id ad latinum ritum tantum applicat; 1 Pater omisit «ubique ter-  
 rarum», et addidit post «salvo iure»: «recurrendi ad S. Sedem in casibus parti-  
 cularibus et...»; 1 Pater omisit verbum «necessaria».

R. – Textus hic placuit 8, non placuit 14 Membris Commissionis.

53 – 131 Patres proponunt talem textum: «Omnes denique et singuli fideles  
 proprium ubique terrarum retineant ritum, salvo iure in casibus particularibus  
 recurrendi ad Sedem Apostolicam, eumque colant et pro viribus observent.  
 Baptizati tamen acatholici ad Ecclesiam catholicam convenientes ritum quem  
 maluerint amplecti possunt; optandum tamen ut ritum proprium retineant».

54 – 78 Patres sic proponunt: «Omnes denique... observent, salvo iure, pro aca-  
 tholicis baptizatis ad Ecclesiam convenientibus, eligendi alium ritum».

R. – Modus placuit 7, non placuit 15 Membris Commissionis.

55 – 23 Patres talem textum proponunt, quoad ultimam partem textus: «Bapti-  
 zati acatholici ritus orientalis, qui ad catholicam Ecclesiam admittuntur, ritum

## III [n. 4, 56, 35-57, 1]

## IV [n. 4, 838, 13-19]

36	curent./collatis consiliis in pe- riodicis conferentiis,	50	curent, collatis consiliis in pe- riodicis <i>conventibus</i> ,	14
37	unitatem actionis fovere, et, vi- ribus unitis, communia adiuva-	51	unitatem actionis/fovere, et, vi- ribus unitis, communia adiuva-	18
38	re opera, ad bonum/religionis [B]	52	re opera, ad bonum religionis	19
39	expeditius promovendum et/cleri	53	expeditius promovendum et cleri	20
40	disciplinam efficacius tuendam. <sup>3</sup>	54	disciplinam efficacius tuendam. <sup>3</sup>	21
57	Omnes denique et singuli fi-	55-62	<i>Clerici omnes/et ascendentes ad ordines sacros bene instruantur de ritibus et praesertim de/normis practicis in materiis interritualibus, imo et laici in institutione catechetica de ritibus eorumque normis doceantur.</i>	19

III, IV <sup>3</sup> PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 4.

quem maluerint amplecti possunt; optandum tamen ut ritum proprium retineant». Textus est talis qualis can. 11 MP. «Cleri sanct.».

R. – Est lex vigens. Modus placuit 8, non placuit 14 Membris Comm. ·

56 – 15 Patres hanc vel similem formam proponunt: «Omnibus et singulis fidelibus necnon baptizatis acatholicis ad Ecclesiam catholicam convenientibus conceditur plena libertas ritum quem maluerint amplectendi».

Unus autem Pater et talem adiungit rationem: «Ritus debent esse territoriales (et utinam ad paucos reducantur in Oriente); si omnes eandem fidem habemus, cur non debent mutare ritum ii, qui mutant territorium?» Alter vero Pater sic et simpliciter petit ut restituatur libertas eligendi ritum, ut videtur, pro omnibus.

R. – Modus placuit 2, non placuit 20 Membris Commissionis.

57 – 5 Patres sunt pro libertate eligendi ritum a baptizatis acatholicis extra territoria proprii ritus; 1 Pater et sequentem proponit textum: «Baptizati autem acatholici ad catholicam Ecclesiam convenientes, in territoriis sui proprii ritus degentes, servant ritum proprium; extra vero territoria sui proprii ritus versati, ritum viciniorem suo proprio assumant, salvo tamen iure ob gravissimas causas ad alium transeundi».

R. – Modus placuit 1, iuxta modum 2, non placuit 19 Membris Comm.

58 – *Modi peculiare*s: 1 Pater est pro libertate eligendi ritum a minorennis ante 21 aetatis annum; 1 Pater petit libertatem eligendi ritum iis, qui ab infantia ritum proprium non exercent.

R. – Sunt casus peculiare, de quibus provideatur in Codice iuris canonici.

59 – *Modi quoad formam recursus*: 1 Pater est pro recursu ad Delegatum Apostolicum; tres P. ad Ordinarium novi ritus eligendi, si necessitas ad hoc urget; unus tandem quaestionem totam remittit ad codicem iuris canonici.

R. – Sunt casus de quibus Sedes Apostolica providere potest, salvo decreto conciliari pro retentione ritus.

60 – *Correctiones textus schematis*:

a) Loco «ad Ecclesiam catholicam» (linn. 5-6) dicatur: «ad unitatem Ecclesiae convenientes».

R. – Provisum in sequenti emendatione.

b) Corriganter lineae 5-6 sic: Omnes et singuli fideles, nec non baptizati cuiusvis Ecclesiae acatholicae ad plenitudinem communionis catholicae convenientes...».

R. – Magis placet haec dictio, quae favet oecumenismo.

I	II [n. 4, 6, 6-10]	
	deles, necnon baptizati acatholici ad Ecclesiam catholicam	7
	convenientes, proprium/ubique terrarum retineant ritum [cf. ln. 9-10],	8
	salvo iure, in casibus particulari- bus, recurrenti ad Sedem Apostolicam, [cf. ln. 8]	9
	eumque colant et pro viribus observent. <sup>4</sup>	10

---

**II** <sup>4</sup> Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 8: «sine licentia Sedis Apostolicae», sequendo praxim saeculorum praecedentium; item quoad baptizatos acatholicos in can. 11 habetur: «ritum quem maluerint amplecti possunt»; in textu proposito disponitur modo positivo observantia ritus pro omnibus et ubique terrarum.

---

**III** [C] N. 4: lin. 6-10: Cf. E/2548, E/2607, E/2483, E/2485.

**IV** 61 – *Quaedam additiones proponuntur*:

a) Post «acatholici» (lin. 5) addatur: «ritus orientalis» (*1 Pater*).

R. – Non placet additio, quia limitativa ad solos Orientales.

b) 1 Pater vult addatur in fine: «Salvoque iure mulieri baptizatae acatholicae transeundi ad ritum catholicum suis coniugis in actu contrahendi matrimonii aut eo perdurante».

R. – Non placet, quia est casus peculiaris, de quo provideatur in Codice iuris.

c) 1 Pater proponit ut dicatur: «Omnes denique et singuli fideles *catholici*...».

R. – Placet additio, et magis adhuc placeret omissio verbo «fideles».

d) Dicatur expresse hoc decretum nullam praebere basim pro unione orthodoxorum (*1 Pater*).

R. – Non placet; provisum in decreto «De Oecumenismo».



## III [n. 4, 57, 4-10]

## IV [n. 4, 838, 19-25]

5	deles, necnon baptizati acatholici ad Ecclesiam/catholicam [C]	60b	<i>lici, necnon baptizati cuiusvis</i>	
6		60a	<i>Ecclesiae vel communitatis acatholicae/ad plenitudinem communionis catholicae convenientes, proprium ubique terrarum retineant ritum, [cf. lin. 9-10]</i>	20
7		62	<i>colant et pro viribus observent;<sup>4</sup> salvo iure [cf. ln. 22]</i>	21
8	salvo iure,/in casibus particulari- 9 bus, recurrendi ad/Sedem Apostolicam, [cf. ln. 8]		recurrendi ad Sedem Apostolicam in casibus <i>peculiaribus</i> [cf. ln. 21]	22
10	eumque colant et/pro viribus observent. <sup>4</sup>	62	<i>personarum, communitatum, vel regionum, quae, uti suprema relationum inter ecclesialium/arbitra, providebit necessitatibus in spiritu oecumenico, ipsa vel per alias/auctoritates, datis opportunis normis, decretis vel rescriptis.</i>	23 24 25

**III, IV** <sup>4</sup> Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 8: «sine licentia Sedis Apostolicae», sequendo praxim saeculorum praecedentium; item quoad baptizatos acatholicos in can. 11 habetur: «ritum quem maluerint amplecti possunt»; in textu proposito disponitur modo positivo observantia ritus pro omnibus et ubique terrarum.

62 – Omnibus «modis» circa libertatem eligendi ritum pro acatholicis examinatis et suffragationibus debitis subiectis, nullus praescriptam maioritatem suffragiorum obtinuit (i. e. 2-3 partes), imo omnes maioriata absoluta reiecti sunt. His ita stantibus, proponente Secretario Commissionis sequens compromissum, Commissio ipsum probavit. Textus vero sequens est: «*Omnes denique et singuli catholici, nec non baptizati cuiusvis Ecclesiae vel communitatis acatholicae ad plenitudinem communionis catholicae convenientes, proprium ubique terrarum retineant ritum eumque colant et pro viribus observent; salvo iure recurrendi ad Sedem Apostolicam in casibus peculiaribus personarum, communitatum vel regionum, quae, uti Suprema Arbitra relationum interecclesialium, providebit necessitatibus in spiritu oecumenico, ipsa vel per alias Auctoritates, datis opportunis normis, decretis vel rescriptis.*».

*Responsum fuit:* Placuit 19, non placuit 2 Membris Commissionis, et 1 voluit ulteriorem modum proponere.

I [n. 5, 6, 18]

II [n. 5, 6, 11-17]

*De spirituali Ecclesiarum Orientalium patrimonio servando*

18 5.

5. 11

Historia, traditiones et plurima ecclesiastica instituta praeclare/testantur quantopere de universa Ecclesia Orientales Ecclesiae merita/sint.<sup>5</sup> 12

Quapropter Sancta Synodus patrimonium hoc ecclesiasticum et/spirituale non solum aestimatione debita et iusta laude prosequitur, sed/etiam tamquam patrimonium universae Christi Ecclesiae firmiter considerat. 13

Quamobrem sollemniter declarat, Ecclesias Orientales iure pollere/et of- 14

15

16

17

**II** <sup>5</sup> Cf. LEO XIII, Litt. Ap. *Orientalium dignitas*, 30 nov. 1894; Ep. Ap. *Praeclara gratulationis*, 20 iun. 1894, et documenta in nota 2 allata.

**III** – In nn. 5 et 6 sermo fit accuratior *de Ecclesiis Orientalibus* deque earum patrimonio spirituali servando. Ius, imo etiam obligatio inculcatur Ecclesiis Orientalibus se secundum proprias disciplinas regendi (n. 5). Imo, patrimonium hoc ut bonum totius Ecclesiae affirmatur, et proinde colendum, observandum, venerandum in apostolatu et relationibus interritualibus (n. 6). Nemo est qui non videat momentum horum numerorum et huiusmodi declarationum pro oecumenismo et pro relationibus inter Ecclesias particulares instaurandis et promovendis.

[A] N. 5: lin. 16: Dicatur: «... declarat, Ecclesias Orientis sicut Occidentis iure pollere...» [E/2976, E/2582].

**IV** \* DE SPIRITUALI ECCLESiarUM ORIENTALIUM PATRIMONIO SERVANDO [Cf. E/3498]

\*\* AD NUMERUM 5 [Cf. E/3506, E/3564, E/3557]

63 – Observationes nonnullorum Patrum ut numerus recognoscatur iuxta schemata «De Ecclesia» et «De Oecumenismo», iam examinatae sunt sub n. 2, et responsum datum.

64 – 1 Pater optat ut in hoc n. notetur character transitorius normarum datum, ut minoritates paulatim evanescant et ut in unoquoque territorio unus tantum adsit Episcopus.

R. – Ecclesia non vult destructionem Ecclesiarum «particularium», verum delectatur earum varietate. Cetera superant limites Commissionis.

65 – 1 Pater censet numerum esse nimis laudativum Orientalium, et desiderat ut ritus orientales ad pauciores reducantur. Insuper ut in uno territorio sit tantummodo unus Episcopus.

R. – Idem ac sub n. 2.

66 – 3 Patres cupiunt ut lineae 22-25 supprimantur et loco linn. 25-29 sequens ponatur textus: «Patrimonium ecclesiasticum et spirituale Ecclesiarum Orientalium utpote ab Apostolis, Patribus et Conciliis Oecumenicis traditum, Sacrosancta Synodus non solum aestimatione debita prosequitur, sed...».

R. – De hoc iam dictum in prooemio.

## III [n. 5, 57, 22-33]

## IV [n. 5, 838, 26-839, 5]

*De spirituali Ecclesiarum Orientalium patrimonio servando\**

*De spirituali Ecclesiarum Orientalium patrimonio servando\**

22	5.	63-65	5. **	26
23	Historia, traditiones et plurima ecclesiastica instituta praeclare testantur/quantopere de universa Ecclesia Orientales Ecclesiae merita sint. <sup>5</sup>	66	Historia, traditiones et plurima ecclesiastica instituta praeclare testantur quantopere de universa Ecclesia Orientales Ecclesiae merita sint. <sup>5</sup>	27
24	Quapropter/Sancta Synodus patrimonium hoc ecclesiasticum et spirituale non solum aestimatione debita et iusta laude prosequitur, sed etiam tamquam patrimonium/universae Christi Ecclesiae firmiter considerat.	67,68	Quapropter Sancta Synodus patrimonium hoc ecclesiasticum et spirituale non/solum aestimatione debita et iusta laude prosequitur, sed etiam tamquam patrimonium universae Christi Ecclesiae firmiter considerat.	839
25	Quamobrem sollemniter declarat, Ecclesias <i>Orientis sicut et Occidentis</i> [A] iure pollere et of-	69,70	Quamobrem/sollemniter declarat, Ecclesias <i>Orientis sicut et Occidentis</i> iure pollere et/of-	2
26		73		3
27				4
28				5

**III, IV** <sup>5</sup> Cf. LEO XIII, Litt. Ap. *Orientalium dignitas*, 30 nov. 1894, Ep. Ap. *Praeclara gratulationis*, 20 iun. 1894, et documenta in nota 2 allata.

67 – 1 Pater post verbum «considerat» (lin. 31) ulteriorem textum hoc modo modificat: «Propter eandem causam, sicuti cum sollemnitate hortatur Orientales omnes ut suos legitimos ritus suamque disciplinam propriam melius in dies cognoscant et servent, eodem modo vehementer optat ut illi, qui...», ne statuatur officium quod ante hanc declarationem iam existebat.

R. – Iteratio obligationum in Conciliis non est res nova.

68 – 1 Pater vult ut adverbium «sollemniter» auferatur, quia hoc adhibetur in declarationibus dogmaticis (lin. 31).

R. – Positum ad exprimendum sincerum respectum PP. Concilii erga omnes Ecclesias Orientales.

69 – 1 Pater vult ut retineantur verba «Ecclesias Orientales», prout in textu.

R. – Textus emendatus fuit, instantibus aliis, et ob doctrinam in nn. 2-3 contentam.

70 – 1 Pater vult expungantur verba «et occidentales» (lin. 31), quia referentia non pertinet ad rem.

R. – Exacte est sermo de Eccl. orientalibus, sed contraponitur similitudo Ecclesiarum occidentalium.

71 – 1 Pater in lin. 35 addit: «intra fines sui territorii», quia, extra, mores et condiciones vitae valde differunt.

R. – Quae stricte ad ritus pertinent, sunt leges personales ubique terrarum obligantes.

72 – 11 Patres loco linn. 35-39 sequentia sufficiunt: «... peculiare regendi, quae veneranda antiquitate commendatur; moribus suorum fidelium sunt congruae atque ad bonum animarum consulendum aptae videantur». Etiam 2 alii Patres malunt omittere formas comparativas «magis congruae», «aptiores», sicut et verba «officio teneri», quia non sunt omnia talia, ut ex. gr. disciplina coelibatus; unde sufficit notare ius retinendi propriam disciplinam.

R. – Quoad «officio teneri» – standum pro textu, quia Concilium potest iterare praecepta iam obligantia; quoad modos comparativos, notandum in textu eos referri ad mores orientales proprios, quin affirmetur quid absolutum vel in genere.

## I [n. 5, 6, 18-22]

19 Provideatur ubique terrarum  
 20 tuitioni atque incremento/om-  
 21 nium Ecclesiarum particula-  
 22 rium, sive erigendo paroecias  
 pro/variiis Ecclesiis, sive consti-  
 tuendo pro unaquaque Ecclesia  
 propriam hierarchiam, ubi-  
 cumque id postulat numerus  
 atque bonum/spirituale fide-  
 lium, et quantum fieri potest.

## II [n. 5, 6, 17-20]

ficio teneri se secundum pro-  
 prias disciplinas peculiare re-  
 gendi, utpote quae veneranda 18  
 antiquitate commendentur, mor- 19  
 ribus suorum fidelium magis  
 sint congruae atque ad bonum  
 animarum consulendum ap-  
 tiores videantur. 20  
 [cf. n. 4, p. 5, ln. 29 - p. 6, ln. 2]

---

**II** N. 5 (N. 4 novi textus): *Placet*, salvis emendationibus.

39) Erectio paroeciarum personalium non videtur optanda, cum sit contra planetisationem humanitatis; potius christifideles instruantur hoc modo, ut sint polyvalentes quoad ritum [E/530].

*Resp.*: Saltem nostris temporibus est adhuc necessaria.

40) «Memoranda esset sollicitudo Congr. Orientalis in hac materia» [E/441].

*Resp.*: Non expedit, secus semper mentio facienda esset.

41) l. 19 «Loco “omnium Ecclesiarum particularium” dicatur: “Ecclesiarum Orientalium”» [E/480].

*Resp.*: Nulla Ecclesia excludatur.

42) l. 21 «Expressio “ubi postulat” requirere videtur ut quoddam organon has condiciones praeciset» [E/530].

*Resp.*: Est Sancta Sedes pro hierarchia, Ordinarius competens pro paroeciis.

43) l. 22 «Omissis verbis “et quantum fieri potest” (uti votatum est), addatur (ut iam votatum): “ubi vero ordinarius cuiusvis ritus iurisdictionem habet in clericos et fideles alieni ritus, eos ad mentem huius ritus paterno more regere debet”» [E/480, E/440, E/204].

## III [n. 5, 57, 33-39]

34 ficio teneri se secundum pro-  
 35 prias disciplinas peculiare re-  
 36 gendi, utpote qua veneranda  
 37 antiquitate/commendentur; mo-  
 38 ribus suorum fidelium/magis  
 39 sint congruae atque ad bonum  
 animarum consulendum ap-  
 tiores videantur.  
 [cf. n. 4, p. 56, ln. 28-33]

## IV [n. 5, 839, 5-7]

72 ficio teneri se secundum pro-  
 71 prias disciplinas peculiare re-  
 74 gendi, utpote quae/veneranda  
 6 antiquitate commendentur, mo-  
 7 ribus suorum fidelium magis  
 sint/congruae atque ad bonum  
 animarum consulendum ap-  
 tiores videantur  
 [cf. n. 4, p. 838, ln. 9-11]

---

*Resp.:* Additio videtur superflua, et omisa in novo textu.

**IV** 73 – 1 Pater proponit ut auferantur lineae 31-39, i. e. dictio: «Quamobrem... videantur», quia hoc ius est sat indeterminatum, fundamenta allegata non sufficiunt, in liturgicis et disciplinaribus disponat Codex. Alioquin etiam Ecclesiae particulares occidentales possent sese regere secundum propriam disciplinam cum periculo Ecclesiarum nationalium, et moderamen est necessarium ob necessariam unitatem.

R. – Non videtur adesse ratio timendi ex his quae dicta sunt in nostro schemate.

74 – 2 Patres inde a «moribus suorum» (linn. 36-39) sequentem textum substitutum proponunt: «Maxima igitur prudentia aptandae sunt, attentis rerum conditionibus, ne mutationes mirationem populi suscitent, praesertim in Ecclesiis eiusdem ritus». Quia «de factis non est statuendum. Insuper porta non est claudenda adaptationibus, nec immobilitas ponenda est ut principium».

R. – In numero 6 satis provisum est ad vitanda mala ex mutatione provenientia. Hae fieri debent ex organico progressu.

I [n. 6, 6, 23]

II [n. 6, 6, 21-31]

23 6.

6.

21

Sciant ac pro certo habeant omnes Orientales, se suos legitimos/ritus liturgicos suamque disciplinam semper servare posse et debere, ac/nonnisi ratione proprii et convenientis progressus mutationes inducendas esse.

Haec omnia, igitur, maxima fidelitate ab ipsis Orientalibus observanda sunt; qui quidem harum rerum cognitionem in dies maiorem/usumque perfectiorem acquirere debent, et si ab iis ob temporum vel/personarum adiuncta indebite defecerint, ad avitas traditiones redire/satagant. Illi vero qui ratione sive muneris, sive apostolici ministerii frequens cum Orientalibus Ecclesiis aut cum earum fidelibus habeant commercium, in cognitione rituum, disciplinae, doctrinae, historiae atque indolis Orientalium accurate, pro gravitate officii quod gerunt, versati sint.<sup>6</sup>

[cf. n. 7, ln. 27-31]

II <sup>6</sup> Cf. BENEDICTUS XV, Motu proprio *Orientis catholici*, 15 oct. 1917; PIUS XI, Litt. Enc. *Rerum orientalium*, 8 sept. 1928, etc.

II N. 6 (N. 6 et novi textus): *Placet* unanimiter, salvis emendationibus.

44) Idem problema ponitur pro religiosis ritus latini inter orientales; nonne opportune ad illum ritum orientalem ipsi transibunt? [E/530].

*Resp.*: Potest dici, sed relinquatur praxi quotidianae.

45) Ita mutetur: «Ordines vero et congregationes latini ritus, quae inter fideles orientales operam navare intendunt, studeant domos aut etiam provincias orientales constituere. In suo apostolatu etiam ipsae iurisdictioni hierarchae loci subsunt» [E/480].

*Resp.*: Provisum per novum textum.

46) «Addatur ratio magis clare oecumenica» [E/254].

*Resp.*: Sufficit ratio adducta: apostolatus seu bonum animarum.

III [A] N. 6: lin. 23: Dicatur: «proprii et *organici* progressus» (loco «convenientis progressus») [E/2545, E/2582, E/2563].

[B] N. 6: lin. 30-31: Addatur: «... in cognitione *et cultu* rituum, disciplinae... *instituantur*» (vel «*magis magisque in dies crescant*») (loco: «versati sint») [E/2548].

IV AD NUMERUM 6 [Cf. E/3506, E/3510, E/3564, E/3555, E/3592, E/3511]

75 – Ea quae dicta sunt initio numeri 5 circa recognitionem faciendam, valent

## III [n. 6, 57, 40-58, 19]

## IV [n. 6, 839, 8-18]

40	6.	75	6.	8
41	Sciant ac pro certo habeant	77,80	Sciant ac pro certo habeant	
58	omnes/Orientales, se suos legitimos ritus liturgicos suamque disciplinam semper servare posse et debere, ac non nisi ratione/proprii et <i>organici</i> [A] progressus mutationes inducendas esse.	76,78	omnes Orientales, se suos legitimos ritus/liturgicos suamque disciplinam semper servare posse et debere, ac non nisi /ratione proprii et organici progressus mutationes inducendas esse.	9
2		79		10
3				
4				
5	Haec omnia, igitur, maxima fidelitate ab ipsis Orientalibus observanda sunt; qui quidem harum rerum cognitionem in dies maiorem/usumque perfectiorem acquirere debent, et si ab iis ob temporum vel personarum adiuncta indebite defecerint, ad avitas traditiones redire satagant.	80	Haec/omnia, igitur, maxima fidelitate ab ipsis Orientalibus observanda sunt; qui/quidem harum rerum cognitionem in dies maiorem usumque perfectiorem/acquirere debent, et, si ab iis ob temporum vel personarum adiuncta indebite/defecerint, ad avitas traditiones redire satagant.	11
6				12
7				
8				
9				13
10				14
11				
12				15
13				
14				
15				16
16				
17				17
18				
19		81		18
	<i>instituantur.</i> <sup>6</sup> [B]		<i>instituantur.</i> <sup>6</sup>	

III, IV <sup>6</sup> Cf. BENEDICTUS XV, Motu proprio *Orientis catholici*, 15 oct. 1917; PIUS XI, Litt. Enc. *Rerum orientalium*, 8 sept. 1928, etc.

etiam de praesenti numero 6.

76 – 1 Pater vult expungere verbum «debere» (pag. 58, lin. 2).

R. – Ratio non apposita, nec Commissio eam videt.

77 – 1 Pater vult suppressas lineas 21-23 (pag. 57, lin. 40 – pag. 58, lin. 4), quia inutiles et adulationem quamdam continent.

R. – Rationes allatae non habent fundamentum in nostro textu; immo valde absunt a sensu eiusdem.

78 – 2 Patres desiderant supprimantur dictiones «proprii» (lin. 3) et «debere» (lin. 2), quia Orientales in mutationibus inducendis debent habere rationem non solum proprii progressus, sed etiam conditionum universalis Ecclesiae.

R. – Non placet suppressio, quia in textu non excluditur hoc desiderium Patrum.

79 – 1 Pater praefert praecedentem dictionem «convenientis progressus» loco «organici».

R. – Non affertur ratio et Commissio satisfacit antea rationabili propositioni aliorum Patrum.

80 – 2 Patres desiderant ut deleantur linea 40 pag. 57 (usque ad «satagant», lin. 11 pag. 58), quia «vel iam dictum est, vel paternalismum sapit et insinuatur Orientales sua culpa aliquando defecisse».

R. – Orientales non se existimabunt iniuria affectos esse.

I [n. 6-7, 6, 23-29]

Ordinibus et Congregationibus  
Ecclesiae latini ritus, quae  
24 inter  
fideles orientales operam na-  
vant, enixe commendatur, ut, ad  
25 maiorem apostolatus efficaciam,  
domos aut etiam provincias  
26 orientales, quantum fieri  
potest, constituent.<sup>3</sup>

7.

27 Illi vero qui ratione sive mune-  
ris, sive apostolici ministerii,  
28 frequens habent cum Orientali-  
bus Ecclesiis aut cum earum fi-  
29 delibus commercium, in cogni-

II [n. 6, 6, 32-35]

Religionibus vero et associatio-  
nibus latini ritus, quae in  
regionibus orientalibus vel inter  
fideles orientales operam praes-  
tant, enixe commendatur/ut, ad  
34 maiorem apostolatus efficaciam,  
domos aut etiam provincias  
orientalis ritus, quantum fieri  
35 potest, constituent.<sup>7</sup>

[cf. n. 6, ln. 28-31]

I <sup>3</sup> Ex praxi Ecclesiae catholicae, praesertim sub pontificatu Pii XI, Pii XII, Ioannis XXIII; cf. A.A.S., ann. 1925-1962.

II <sup>7</sup> Praxis Ecclesiae catholicae temporibus Pii XI, Pii XII, Ioannis XXIII motum hunc abunde demonstrat.

II 47) l. 23 «“Ecclesia latini ritus” sitne particularis?» [E/225].

Resp.: Provisum supra.

48) l. 24 «Dictio “enixe commendat” non videtur sufficiens, necessarium est praeceptum» [E/239].

Resp.: Non videtur opportunum.

49) l. 26 «Addatur sub finem: “... constituent, in quibus non solum ritus observetur orientalis, sed spiritus quoque orientalis praevalet”» [E/440].

Resp.: «Spiritus» non est materia iuris, et supponitur in textu.

N. 7 (N. 6 novit textus): *Placet*, salvis emendationibus.

50) Addatur: «et sequantur ritum orientalem, si hoc necessarium vel utile est ad efficaciorum apostolatum» [E/2194].

Resp.: Relinquatur praxi quotidianae.

III [C] N. 6: lin. 35: Cf. E/2582, E/2559, E/2545, E/2548.

IV 81 – 1 Pater praefert ut dicatur in lin. 18: loco accepti nunc «instituantur» «*magis magisque in dies crescant*».

R. – Melius videtur loqui de hac re modo magis absoluto. Proinde maneat textus. 82 – 3 Patres loco textus in linn. 23-25 ponunt hunc alium: «ut aptioribus mediis hierarchiam orientalem adiuvent ad maiorem apostolatus efficaciam». Quia «saepe saepius fratres Orthodoxos suspicio et diffidentia afficiunt spectaculum clericorum ritus latini qui in cleris orientalis ritus mutati sunt, nam in hac ratione faciendi timent ne insidiae et proselytismus lateat. Proinde melius videtur ut quisquis in proprio ritu maneat, ut motui oecumenico obstaculum non obiciatur».

R. – Quidquid sit de rationibus allatis, textus propositus est nimis vagus in comparatione cum forma concreta schematis.

83 – 1 Pater in lin. 23 verba textus sic mutat: «cum maior efficacia apostolatus id exigat», quia «non potest sic modo absoluto statuere semper efficaciam apostolatus rem propositam postulare».



III [n. 6, 58, 19-25]

IV [n. 6, 839, 18-21]

20	Religionibus vero et associatio-	Religionibus vero et associatio-	19
21	nibus /latini ritus, quae in	nibus /latini ritus, quae in	
22	regionibus orientalibus vel inter	regionibus orientalibus vel inter	20
23	fideles orientales operam prae-	fideles orientales operam/prae-	
24	stant, enixe commendatur, ut,/ad	stant, enixe commendatur, ut, ad	
25	maiolem apostolatus efficaciam,	maiolem apostolatus efficaciam,	21
	domos aut etiam provincias	domos/aut etiam provincias	
	orientalis ritus, quantum fieri	orientalis ritus, quantum fieri	
	potest, constituent. <sup>7</sup> [C]	potest, constituent. <sup>7</sup>	

[cf. n. 6, ln. 11-19]

[cf. n. 6, ln. 15-18]

**III, IV** <sup>7</sup> Praxis Ecclesiae catholicae temporibus Pii XI, Pii XII, Ioannis XXIII motum hunc abunde demonstrat.

R. – Emendatio videtur superflua. Est tamen ratio principalis.

84 – 1 Pater exoptat post verbum «constituant» (lin. 25) addatur: «quas cultura et indole orientali imbuant».

R. – Provisum per emendationes iam acceptas, in Relatione.

85 – 12 Patres in fine lineae 25 haec addunt: «de consensu Patriarchae vel Hierarchy eiusdem ritus».

*Ratio*: «Ne dentur abusus latinizationis vel “concurrentiae”, et ut cooperatio bene evadat».

R. – Commissio de his ample egit, et propositiones similes reiecit iam ante diem 15 octobris a. c.

86 – 73 Patres petunt, ut quod statuitur de domibus ritus latini, statuatur etiam de domibus ritus orientalis inter latinos, et quidem vel:

a) modo generali: «Quae dicta sunt de Religionibus et Associationibus latini ritus, valent etiam pro Religionibus orientalibus inter latinos operantibus» vel:

b) modo specifico: «et e converso, Religionibus et Associationibus orientalis ritus, quae in regionibus determinatis inter fideles latinos operam praestant, enixe commendatur, ut ad maiorem apostolatus efficaciam domos aut etiam provincias latini ritus, quantum fieri potest, constituent». Et quidem ratione paritatis inter omnes Ecclesias, ut vitetur omnis discriminatio, et ne Orientales minoribus aequiparari et tutela indigere videantur.

R. – Etsi rationes allatae non sunt spernendae, tamen est res nimis nova et particularis ut hoc Concilium eam decernat.

87 – 5 Patres post ultimum verbum «constituant» (lin. 25), sequentia addunt: «Denique persuasum sibi habeant omnes fideles se per rectam cognitionem huius patrimonii spiritualis Orientalium, sinceram venerationem et fidelem conservationem revera multum conferre ad plenitudinem traditionis christianae custodiendam et reconciliationem inter Orientem et Occidentem perficiendam».

R. – De hoc iam sufficienter provisum in n. 4, et in decreto «De Oecumenismo».

I [n. 7-9, 6, 29-7, 3]

II

30 tione doctrinae, historiae atque  
 31 indolis Orientalium accurate,  
 pro gravitate officii quod ge-  
 runt,/sint instituti.<sup>4</sup>

32 8.

[cf. n. 4]\*

33 Omnes et singuli fideles pro-  
 prium ubique terrarum reti-  
 neant ritum, eumque colant et,  
 34 pro posse, observent; nec ad  
 35 alium ritum transire valent, nisi  
 iuxta normas ab Apostolica/Se-  
 de statutas.<sup>5</sup>

7 9.

[cf. n. 4]\*

2 Baptizati acatholici ad catholi-  
 cam Ecclesiam redeuntes, in/re-  
 gionibus sui proprii ritus serva-  
 re monentur ritum proprium;  
 3 extra vero regiones sui ritus seu

[cf. n. 4, ln. 7-10]

---

I <sup>4</sup> Cf. BENEDICTUS XV, Motu proprio *Orientis catholici*, 15 oct. 1917 (de erectione Pont. Inst. Orientalium studiorum in Urbe).

I <sup>5</sup> PIUS XII Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 8 dicit: «sine licentia Sedis Apostolicae».

---

II \* N. 8 (N. 4 novi textus): *Placet* unanimiter, salvis emendationibus.

51) «Donetur et fidelibus orientalibus omnis libertas transeundi ad alium ritum» [E/252].

52) «Non requirantur formalitates, si agatur de baptizatis in ritu alieno, si ad hunc ritum transire intendunt» [E/265].

53) «Addatur: “Unicuique catholico super pubertatis aetatem datur licentia ritum suum seligendi”» [E/348].

*Resp.*: Textus schematis prout stat placuit omnibus Membris Commissionis; nihil proinde mutetur.

54) Individui vel parvae communitates nonne opportunius ad alium ritum transire facile deberent, ut maioritati se uniformem? [E/530]

*Resp.*: Periculosum est hoc, potest gignere aliquam indifferentiam, et provium singulis personis per facultatem sese conformandi ritui vigenti, extra regionem vel territorium proprii ritus.

55) l. 32 «Optandum ut in aliquo territorio ubi ritus particularis orientalis ad fidelium coetum omnino minorem pertineat, Ordinario ritus maioris facultas concedatur ut ipse, propter iustam causam, fidelis transitum ad alium ritum permittere possit» [E/477].

*Resp.*: Eadem responsio ut supra.

56) l. 33-4 «Loco “nec ad alium ritum...” dicatur: “Nec ad aliam Ecclesiam particularem transire valent, nisi cum licentia S. Sedis, exceptis casibus in iure determinatis”» [E/225, cf. E/375].

## III

## IV

[cf. n. 4]

[cf. n. 4]

[cf. n. 4, p. 57, ln. 1-10]

[cf. n. 4, ln. 18-22]

---

*Resp.*: Videat Commissio pro redigendo Codice orientali.

N. 9 (N. 4 novi textus): *Non placuit* maioritati praescriptae Commissionis.

57) «... servent, salvo iure, ob gravissimas causas, ad alium ritum transeundi» [E/388, E/314].

«Melius dicendum: “acatholici orientalis ritus, qui ad catholicae Ecclesiae unitatem admittuntur; in ...”» [E/223].

«Disciplina vicens (MP «Cleri Sanctitati», can. 11) conservanda, salvo recur-su ad Sedem Apost.» [E/441, E/208].

«Loco “redeutes” (lin. 1) dicatur potius “transeutes”» [E/220, E/204].

*Resp.*: Provisum per fundamentalem emendationem textus.

58) Hic textus ab octo Patribus proponitur: «Baptizati acatholici, ad Ecclesiam Catholicam redeutes, proprium ritum servare debent, nisi electio alius ritus ab eis ut conditio necessaria reditus sui scriptis interponatur». Rationes allatae sunt eadem pro omnibus [E/2261, E/2187, E/2260, E/2224, E/2205, E/2186, E/2159].

59) Textus redigatur verbis «Cleri Sanctitati» vel saltem «Orientalium dignitas», nempe: «Baptizati acatholici ad Ecclesiam Catholicam redeutes, proprium ritum servare debent, nisi electio alius ritus ab eis ponatur ut conditio eorum reditus» [E/2235].

60) Hic textus proponitur: «Baptizati acatholici ad Ecclesiam Catholicam redeutes, amplissima libertate fruuntur vel retinendi proprium ritum, vel amplectendi ritum quem ipsi maluerint» [E/2198].

I [n. 9-10, 7, 3-11]

II

4 Ecclesiae, ritum quem malue-  
 5 rint amplecti poterunt, etsi op-  
 6 tandum est, ut proprium ri-  
 7 tum/retineant, salvo iure ad Se-  
 8 dem Apostolicam, recurrenti.<sup>6</sup>

## II. DE SACRA HIERARCHIA\*

*De Patriarchis*

6 10.

(omissus)

7 Quoniam omnes Episcopi iure di-  
 8 vino inter se aequales/sunt et soli  
 9 Romano Pontifici subduntur, cla-  
 10 re constat neminem/eorum in  
 11 alios superiorem auctoritatem  
 habere aut exercere posse,/nisi il-  
 lam iure ecclesiastico obtinuerit.  
 Potestas igitur patriarchalis in  
 Episcopos, clericos et fideles,  
 quae inde ab antiquis/tempori-  
 bus in Ecclesia viget, iuris est  
 ecclesiastici.<sup>7</sup>

I <sup>6</sup> Pius XII, *l. c.*, can. 11, ubi dicitur: «ritum quero maluerint amplecti possunt», et qui-  
 dem ubique terrarum.

I <sup>7</sup> Cf. ex. gr. Pius XII, *l. c.*, can. 38, § 3; Synodus Libanensis III, IV, in *Collectio Lacensis*,  
 t. II, col. 289 sq.; *Elenco dei privilegi patriarcali, presentato alla Propaganda dall'Episcopato  
 Melkita nel 1900* (C. KOROLEVSKIJ, *Studio di diritto comparato su l'odierna legislazione «de Pa-  
 triarchis Orientalibus»*, Tip. Poligl. Vaticana, 1936, P. III, p. 10).

I \* Caput II: «De Sacra Hierarchia» (nn. 10-19). Opportunum nempe visum  
 fuit ut in Concilio ageretur de quibusdam institutis canonicis Orientalibus pro-  
 priis, considerato eorum momento, et quidem: a) «De Patriarchis orientalibus»  
 (nn. 10-14), quorum momentum in Ecclesiis Orientalibus evidens est; b) «De  
 Episcopis» (nn. 15-17), sub aspectu nempe reservationum et facultatum epi-  
 scopalium, et quidem propter aspectum oecumenicum quaestionis; c) «De Sy-  
 nodis orientalibus» (nn. 18-19), ob peculiarem earum figuram in Oriente, et  
 quia in aliis schematibus de hisce nulla vel insufficiens instituta fuit tractatio  
 vel aspectui oecumenico orientali minus respondens.

II 61) Sequens textus proponitur: «Baptizati acatholici ad Ecclesiam Catho-  
 licam redeuntes, proprium ritum servare debent, nisi alius ritus, scripto signi-  
 ficato, ab eis eligatur» [E/2197].

62) «Optandum ut omnes baptizati acatholici ad Catholicam Ecclesiam re-  
 deuntes, seligendi ritum libertatem plenam habeant. Ratio: obstaculum super-  
 fluum tollatur, ad instar can. 11 M.P.» [E/477].

*Resp.*: Omnibus observationibus sub nn. 57-62 provisum fuit voto fere uni-  
 nimi Commissionis et modo negativo.

63) Loco «Baptizati acatholici» dicatur: «Baptizati in Ecclesiis fratrum se-  
 paratorum», quae locutio magis accepta videtur separatis [E/2253].

## III

## IV

---

*Resp.*: «A catholici» est conceptus magis extensus.

II. *De Sacra Hierarchia* (in novo textu: *De Patriarchis orientalibus*)  
*De Patriarchis.*

64) In nn. 10, 11, 12, 14, 15, 16 (pp. 7-8) – et forte aliis – substitutio expressionis «Romanus Pontifex» in aliam aequivalentem, prout placet [E/181].

*Resp.*: Commissioni placuit ut maneat dictio adhibita.

65) «Principium praecedentiae in Ecclesia Orientali vim satis claram habet... Videtur dignitas Patriarcharum solemniter declaranda post Romanum Pontificem, ut Orientales nullum dubium habeant de voluntate Ecclesiae Romanae» [E/2253].

*Resp.*: Enumeratio Sedium non expedit hic et nunc.

66) Restauratio dignitatis patriarchalis erit «simplex reversio ad lamentabilia et periculosa tempora saecul. V et X, cum magno periculo ruinandi ipsam compaginem Ecclesiae» [E/252].

*Resp.*: Ipsam exigunt veritas, iustitia et rectus oecumenismus.

67) «... minus in "submission" sub auctoritate Romani Pontificis insistendum est quam in "unione" cum Summo Pontifice, successore beati Petri, cui omnes Hierarchae ad regendam propriam Ecclesiam adhaerere tenentur» [E/818].

*Resp.*: Provisum in schemate «de Ecclesia».

*N. 10*: *Non obtinuit* maioritatem praescriptam (omissus in novo textu).

I [n. 11, 7, 12]

II [n. 7, 7, 1]

*De Patriarchis Orientalibus*

12 11.

7.

7

Ab antiquissimis temporibus in  
Ecclesiis Orientalibus viget in-**II** N. 11 (N. 7 novi textus): *Placet* unanimiter, salvis emendationibus.

68) A duobus Patribus E/440, E/480 proponitur: «Numerus supprimatur, quia definitio inutilis».

*Resp.*: Numerus probatus fuit expresse, et proponentes propositionem re-  
traxerunt,69) Iurisdictio patriarchalis exerceatur in omnes fideles illius ritus, etiam extra  
regiones eiusdem (prout quondam fiebat apud Armenos; hodierna die ne apud Ar-  
menos quidem rationes supersunt ut haec potestas restringatur) [E/2194].*Resp.*: In Concilio solum de principiis; de aliis videat Commissio pro redac-  
tione CICO.70) «Sic mutetur: “Inter hierarchas orientales eminent Patriarchae, seu Epi-  
scopi, quibus canones... exercendam. Quae potestas igitur ab antiquissimis  
temporibus in Ecclesia vigens, iuris est ecclesiastici”» [E/437].*Resp.*: Videat Submissio ad redigendos textus.

71) «Patriarchae habeant partem in electione Rom. Pontificis» [E/436].

*Resp.*: Provisum prout supra sub n. 10.**III** \* Numeris sequentibus, 7-11, breviter et per summa capita tantum, sed for-  
titer, sermo instituitur *de vetustissimo et honorabili instituto Ecclesiae, seu de Pa-  
triarchis*, quorum munus et potestas, iura et honores, salvo Primatu Romani  
Pontificis, describuntur et definiuntur, et quam primum instauranda proponun-  
tur, prout habetur in quodam modo a Commissione admissio. Patriarchis in plu-  
ribus aequiparati sunt Archiepiscopi maiores, praesertim in nova codificatione  
orientali *nuper* [paucis abhinc annis] promulgata (anno 1957). De hac materia  
inter rerum peritos sunt hodie diversae sententiae. Quidam domum communem  
pro conventu fratrum hodie ad invicem seiunctorum omnino et minimis iam  
praeparatam offerre desiderant, et proinde plus de hoc etiam instituto patriar-  
chali statuere cupiunt. Alii tamen hanc domum tantum apertam pro dialogo de-  
clarant, apparandam et exornandam fratribus omnibus in eam conventuris re-  
linquunt, ne ea quae nobis nunc placent vel bona videntur aliis insciis et longe  
degentibus, forsitan ipsis minus commoda in fine fraterni colloquii viderentur.

Cf. E/2548, E/2545, E/2582, E/2595, E/2976, E/2607.

[A] N. 7: lin. 1: Dicatur: “... *in Ecclesia* viget...” (loco: “in Ecclesiis Orientali-  
bus”) [E/2582, E/2976, E/2545, E/2486].**IV** DE PATRIARCHIS ORIENTALIBUS [Cf. E/3498, E/3554, E/3553, E/3507, E/3591,  
E/3652, E/3658, E/3799]AD NUMEROS 7-11 *Observationes generales de textu et de titulo recognoscendo*:Cf. Adnexum IV: *Relatio Generalis: Ratio modorum* 5).88 – Petitur ab uno Patre, ut ea *omnia, quae de Patriarchatibus et Patriarchis  
agunt, omnino omittantur*, quia institutum «antiquatum» est et nullum sensum  
hoc tempore habet et ortum est ex causis practicis et politicis.R. – Modus contradicit Decretis iam acceptis et expressae intentioni et hi-  
storiae Ecclesiae, ergo reiциendum.89 – Petitur a 3 Patribus, «*ut schema funditus recognoscatur a Secretariatu ad  
unionem christianorum fovendam in spiritu Schematis de Oecumenismo*». Pa-  
ter sub n. 1418 suppressit verbum «funditus».

R. – Textus iam votatus est et approbatus; praeterea huius modi recognitio non

III [n. 7, 58, 26-27]

IV [n. 7, 839, 22]

*De Patriarchis Orientalibus\**88-96 *De Patriarchis Orientalibus*

26 7.

97 7.

22

27 Ab antiquissimis temporibus in  
*Ecclesia* [A] viget in-Ab antiquissimis temporibus in  
*Ecclesia* viget in-

fuit imposita ab organo competenti, sc. a Commissione de coordinandis laboribus Concilii.

90 – Petitur ab 1 Patre, ut «*recognoscatur totum istud caput a Commissione mixta, ad mentem interventus facti a Rev.mo Abbate Hoeck, O.S.B. [E/3554] in aula conciliari die 19 octobris 1964*».

R. – Suggestio tardius venit, cum textus iam approbatus sit.

91 – Petitur a 3 Patribus, ut caput istud mutetur vel recognoscatur «*ad mentem interventionis in aula Rev.mi Abbatis Hoeck*» [E/3554].

R. – Hoc in singulis numeris ad effectum deductum est, in quantum possibile erat.

92 – Petitur ab 1 Patre, ut caput istud de Patriarchis «*transferatur in Schema de Ecclesia (cap. III) post adaptationem (sc. factis necessariis emendationibus)*».

R. – In Schemate De Ecclesia (cap. III, n. 23) iam habetur aliqua introductio historico-theologica de Patriarchatibus. Caput nostrum est indolis disciplinaris, sicut totum Schema De Ecclesiis Orientalibus.

93 – Petitur a 4 Patribus, ut nn. 7-9 *transferantur in Decretum De Episcopis*, quia institutio patriarchalis pertinet ad totam Ecclesiam et retinenda est ex rationibus praesertim oecumenicis. Ideo etiam vox «Orientalis» ubique delenda.

R. – Res et rationes iustae quidem sunt, sed institutio patriarchalis nunc temporis et de facto viget fere tantum in Oriente; ideo hoc caput melius pertinet ad Schema «De Eccl. Or.».

94 – 22 Patres proposuerunt *circa integrum istud caput redactionem novam*, quae includit tum praecipuas partes textus iam probati tum novas emendationes propositas. Illa redactio nova, quae tribuitur Rev.mo Patri Hoeck O.S.B., continetur in modis n. 1326-1347, et paragraphos complectitur a 7<sup>a</sup>, ad 12<sup>am</sup>. Aliqui tamen Patres expunxerunt in textu proposito unam aliamve paragraphum. De his omnibus ratio habetur in excutiendis singulis modis ad unamquamque paragraphum.

95 – Idem 22 (et 1) Patres proponunt, ut *titulus* huius capituli sic tantum sonet: «De Patriarchis» (omissa voce: «Orientalibus»).

R. – Etsi ex ipso loco in nostro schemate patet agi de Patriarchis orientalibus, tamen ne fiat quoddam dubium, placuit Commissioni hanc retinere dictionem.

96 – 1 Pater proponit ut in tota hac parte (nn. 7-11) tollatur dictio «orientalis»; 1 Pater desiderat hoc quoad n. 7; 4 Patres quoad nn. 7, 8, 9; unus item quoad nn. 8, 9, 11.

R. – Haec dictio non potest deleri sic et simpliciter ubique, sed debet adhiberi quando agitur de rebus, quae pertinent ad solos Patriarchas orientales.

*Observationes particulares: AD NUMERUM 7/A* [Cf. E/3500, E/3508, E/3560, E/3562]

97 – 2 Patres proponunt aliquam *introductionem historico-theologicam* ad totum istud caput: «Ius agnoscit iurisdictionem conservatam aut acquisitam a quibusdam episcopis ultra eorum particulares Ecclesias. Qui episcopi vel metropolitae sunt vel patriarchae et autocephales et archiepiscopi. Congregatio enim particularium Ecclesiarum apud Orientales praesertim fit in patriarchatu, id est in communitate particularium traditionum a particulari iure recta. Patriarchatus vero non est nisi determinatae regionis episcopatus, unificatus in persona praesidis aut in synodo episcoporum, et omnibus facultatibus ab Apostolis obtentis sine canonica obice pollens».

R. – Haec introductio non convenit indoli disciplinari nostri Decreti. Similis vero introductio continetur in Schemate De Ecclesia cap. III n. 23.

## I [n. 11, 7, 12-14]

## II [n. 7, 7, 2-5]

13 Nomine enim Patriarchae  
 14 orientalis venit Episcopus cui/canones tribuunt iurisdictionem in omnes Episcopos, haud exceptis Metropolitibus, clerum et popu-

stitutio patriarchalis, iam a primis Synodis Oecumenicis agnita.<sup>8</sup>  
 3 Nomine vero Patriarchae  
 4 orientalis venit episcopus, cui canones tribuunt/iurisdictionem in omnes episcopos, haud exceptis metropolitibus, clerum/et popu- 5

II <sup>8</sup> Cf. Synodum Nicaenam I, can. 6; Constantinopolitanam I, can. 2 et 3; Chalcedonensem, can. 28; can. 9; Constantinopolitanam IV, can. 17; can. 21; Lateranensem IV, can. 5; can. 30; Florentinam, Decr. pro Graecis; etc.

II 72) l. 13 «Post “canones” addatur: “agnoscunt vel...” (uti iam decisum)» [E/480, E/441].

*Resp.*: Provisum per aliam emendationem.

73) l. 14 « Post “populum” addatur “alicuius” (territorii, etc.) claritatis causa» [E/480].

*Resp.*: Sufficit textus, et subintelligitur.

IV 98 – 24 Patres post vocem «agnita», addere volunt aliquid *circa ordinem sedium patriarchalium* hoc (vel simili) modo: «*et quidem hoc ordine: prima Sedes Romana, deinde Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana*». Pater sub numero 1336 adiungere proponit: «*Quibus sedibus aliae decursu temporis legitime adiunctae sunt*». 1 Pater etiam iuniores Patriarchatus nominandos esse censet.

99 – 56 Patres proponunt ut, post vocem «agnita», sic compleatur sententia: «*in qua primum tenet locum Romanus Pontifex*», cui addi deberet iuxta 1456 et 1432: «*tamquam Patriarcha Occidentis*», vel iuxta 1459: «*dux totius Ecclesiae*», vel iuxta 1415: «*Successor Petri*».

100 – Alii 3 Patres commendant, ut *sedes patriarchales nominentur* (sed hoc ponunt initio numeri 8). Pater sub n. 1475 praebet etiam formulam sequentem: «*secundum primaeuam Ecclesiae traditionem et oecumenicorum conciliorum decreta, hi sunt tituli et ordo maiorum sedium patriarchalium: Prima Sedes Romana Beati Petri principis Apostolorum, secunda Constantinopolitana, tertia Alexandrina, quarta Antiochena, quinta Hierosolymitana*».

R. – Quia decretum agit de statu praesenti rerum orientalium, non expedit enumeratio sedium; ordo sedium patriarchalium Synodorum oecumenicarum manet semper in vigore; eius vero perfectio vel mutatio reservatur temporibus plene communionis omnium Ecclesiarum.

101 – 1 Pater proponit ut in nota 8 (pag. 11) deleatur mentio can. 28 Chalcedonensis in Ecclesia Latina nunquam agniti.

R. – Quidquid sit de historia huius canonis, notae non constituunt partem textus conciliaris. Potest hic citari saltem ut documentum historicum.

102 – Unus Pater proponit, ut deleatur vox «*Orientalis*».

R. – Non potest haec vox deleri, quia in statu rerum praesenti alia est notio Patriarchae in iure canonico latino.

103 – 1 Pater proponit, ut loco «*cui... episcopos*» dicatur: «*cuius est honor primatus super omnes episcopos*», quia secundum ipsum primatus iurisdictionis contradicit collegialitati, qua omnes episcopi sunt aequales excepto S. Pontifice.

R. – Patriarchatus non est primatus honoris nec contradicit collegialitati episcoporum, immo illam melius exprimit, quia patriarchatus est coordinatio laboris apostolici episcoporum alicuius regionis vel ritus.



## III [n. 7, 58, 27-32]

## IV [n. 7, 839, 22-25]

28	stitutio patriarchalis, iam/a primis Synodis Oecumenicis agnita. <sup>8</sup>	98ss.	stitutio patriarchalis, iam a primis Synodis Oecumenicis agnita. <sup>8</sup>	23
29	Nomine vero Patriarchae	110	Nomine vero Patriarchae	24
30	orientalis/venit episcopus, cui canones tribuunt/iurisdictionem	102s. 104	orientalis venit episcopus, cui <i>competit</i> iurisdictionem	25
32	in omnes episcopos, haud/exceptis metropolitibus, clerum et popu-	111s.	in omnes episcopos, haud exceptis metropolitibus, clerum et popu-	

III, IV <sup>8</sup> Cf. Synodum Nicaenam I, can. 6; Constantinopolitanam I, can. 2 et 3; Chalcedonensem, can. 28; can. 9; Constantinopolitanam IV, can. 17; can. 21; Lateranensem IV, can. 5; can. 30; Florentinam, Decr. pro Graecis; etc.

104 – 2 Patres proponunt, ut post «canones tribuunt» addatur: «*una cum sua Synodo*».

R. – Non convenit mentio Synodi in hoc loco, quia Synodus non habet, stricte loquendo, iurisdictionem in episcopos, clerum et populum.

105 – 1 Pater proponit, ut post verba «ad normam iuris» addatur: «*vi cuius iurisdictionis Patriarchalis limitatur a S. Synodo, cui ille praeest et quacum Ecclesiam suam regit*».

R. – Cf. modum antecedentem. Ceteroquin, verba «ad normam iuris» sufficiunt, quia ius determinat modum exercitii potestatis patriarchalis.

106 – 1 Pater proponit, ut supprimantur verba «*salvo primatu S. Pontificis*», quae semper supponuntur.

R. – Semper primatus R. Pontificis supponitur, sed convenit ut hic expresse nominetur.

107 – 10 Patres proponunt, ut loco «salvo primatu S. P.» dicatur: «*sub Romano Pontifice*», ne nimis spastice exprimatur timor, quod ille primatus de facto negaretur. Accedit 1 Pater (1472) cum formula: «*sub ductu Rom. Pontificis*».

R. – Formula Schematis videtur melior.

108 – 1 Pater proponit, ut post verba «salvo primatu» addatur: «iurisdictionis», claritatis causa.

R. – Certe non agitur de primatu honoris. Sed notio primatus clare definitur in aliis Schematibus.

109 – 1 Pater proponit, ut in lin. 36 addatur: «*Sic dicta autonomia vero, praesertim in nominatione episcoporum non est doctrina Ecclesiae*».

R. – Iuxta disciplinam orientalem designatio episcoporum non necessario reservatur Romano Pontifici.

110 – 22 Patres proponunt *novam redactionem*, quae tribuitur R. P. Hoeck: «Nomine vero *huiusmodi Patriarchae* venit episcopus, cui *una cum sua Synodo competit* (alii dicunt: «*canones tribuunt*») *plena autonomia canonica et disciplinaria in suo territorio* et iurisdictione in omnes episcopos, metropolitibus non exceptis, clerum et populum (omissis: «territorii vel ritus» et «ad normam iuris»), salvo *tamen* primatu R. P.» (omissa voce: «exercenda» vel «exercendam»).

R. – a) Melius est pressius exprimere, quod agitur tantum de Patriarchis *orientalibus*; b) de mentione synodi, vide supra ad modos 3 et 4; c) «*competit*» melius exprimit originem consuetudinariam iurium patriarchalium; d) formula «*autonomia canonica et disciplinaria*» videtur ansam praebere falsis interpretationibus; e) melius est retinere verba: «*territorii vel ritus*» f) «*ad normam iuris*» et potest omitti et potest dici; g) melius est omittere verbum «*exercendam*».

111 – 3 Patres proponunt, ut dicatur: «clerum et populum *proprii* territorii vel ritus...», sed ratio emendationis non datur.

I [n. 11, 7, 14-15]

II [n. 7, 7, 5-6]

15 lum territorii vel ritus,  
ad/normam iuris et sub auctori-  
tate Romani Pontificis exercen-  
dam.<sup>8</sup>

lum territorii vel ritus,  
ad normam iuris et salvo prima-  
tu Romani/Pontificis exercen-  
dam.<sup>9</sup> 6

I <sup>8</sup> Cf. Pius XII, *l. c.*, can. 216, § 2, 1°.

II <sup>9</sup> Cf. Synodum Nicaenam I, can. 6; Constantinopolitanam I, can. 3; Constantino-  
politanam IV, can. 17; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, can. 216, § 2, 1°.

II 74) «Verbum “ritus” mutetur in “Ecclesiae particularis”» [E/225].

*Resp.*: Iam provisum.

75) l. 15 «Ad finem addatur: “Patriarchis pristina praecedentia iterum concedatur”» [E/2179].

*Resp.*: Ad Commissionem codificationis.

76) l. 15 «Dicatur: “sub ductu Summi Pontificis”» [E/388].

*Resp.*: Superata per approbationem alius emendationis.

III [B] N. 7: lin. 6: Addatur: “... exercendam. *Ubique Hierarchia alicuius ritus constituitur, manet aggregatus hierarchiae patriarchatus eiusdem ritus, etiam extra fines territorii patriarchalis*” [E/2976].

IV 112 – 1 Pater proponit, ut *omittantur verba «vel ritus»* et dicatur simpliciter: «clerum et populum territorii, ad normam iuris...», quia, inquit, non convenit, ut iurisdictio episcopi extendatur extra sui territorii fines.

R. – Hoc non potest admitti, quia, in praesenti statu rerum, omnes Patriarchae non necessario habent territorium proprium, sed habent semper saltem ritum proprium.

113 – Circa *unificationem Patriarchatum vel iurisdictionis in Patriarchatibus* 2 Patres proponunt iisdem verbis, ut «*unicuique Patriarchatui territorium proprium limitandum sit, ut unitas iurisdictionis in eodem territorio habeatur*». Alius (1484) scribit: «*Ideo omnino vitandum est, ut in eodem territorio sint plures. Unus tantum pro una sede. Unus pro uno territorio. Si sint rationes pro statuendo alio Hierarcha, detur alius titulus, sitque Patriarchae subordinatus, non Patriarcha*». Alius refert (1363) realitatem hodiernae situationis, cum dicit: «*Non videtur, quomodo finis detur praesentiae multarum iurisdictionum in eodem territorio*».

R. – Concilium in hodiernis adiunctis non potest resolvere hanc spinosam quaestionem.

114 – 20 Patres proponunt novam redactionem, quae tribuitur R. P. Hoeck: «*Etiam Hierarchae, qui extra fines territorii alicuius ritus constituuntur, aggregantur hierarchiae patriarchatus vel territorii respectivi*».

R. – Dicere: «*extra fines territorii alicuius ritus*» non sufficit, quia debet supponi existentia vel patriarchatus vel archiepiscopatus maioris. In commate finali «*aggregantur hierarchiae patriarchatus vel territorii*», melius est dicere «*vel ritus*».

115 – Aliam redactionem proponit 1 Pater (1914): «*Ubicumque Hierarcha alicuius ritus extra fines territorii patriarchalis constituitur, manet aggregatus*

## III [n. 7, 58, 32-39]

## IV [n. 7, 839, 25-30]

33	lum /territorii vel ritus,	lum/ <i>proprii</i> territorii vel ritus,	26
34	ad normam iuris et/salvo prima-	105s. ad normam iuris et salvo prima-	
35	tu Romani Pontificis exercen-	107s. tu Romani Pontificis. <sup>9</sup>	27
	dam. <sup>9</sup>	109	
36	<i>Ubique</i> [B] <i>Hierarchia alicuius</i>	113 <i>Ubicumque</i> Hierarchia alicuius	28
	<i>ritus</i>	<i>ritus extra fines territorii patriar-</i>	
37	<i>constituitur, manet aggre-</i>	<i>chalis/constituitur, manet aggre-</i>	29
38	<i>gatus hierarchiae/patriarchatus</i>	<i>gatus hierarchiae patriarchatus</i>	
39	<i>eiusdem ritus etiam extra/fines</i>	<i>eiusdem ritus ad/normam iuris.</i>	30
	<i>territorii patriarchalis.</i>		

**III, IV** <sup>9</sup> Cf. Synodum Nicaenam I, can. 6; Constantinopolitanam I, can. 3; Constantino-  
 politanam IV, can. 17; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, can. 216, § 2, 1°.

hierarchiae patriarchatus eiusdem ritus in rebus ad liturgiam pertinentibus ad normam iuris communis». Ratio autem est «ne verbum aggregatus videatur implicare iurisdictionem Patriarcharum super hierarchas a Sancta Sede constitutos».

R. Verba «in rebus ad liturgiam pertinentibus» nimis limitant hanc aggregationem. Ille hierarcha potest etiam admitti, v. g., in deliberationibus vel electionibus synodi patriarchalis, sicut iam admittitur in praxi Sanctae Sedis.

116 – 1 Pater dubium exprimit, dicens: «Quid praecise significat terminus ille “aggregatus” sensu iuridico?».

R. – Ius canonicum postea determinabit modum illius «aggregationis» quae exprimit generico modo nexum cum hierarchia patriarchatus.

117 – 1 Pater notat quod «aggregatio de qua hic sermo est (sc. ad hierarchiam Patriarchatus eiusdem ritus) non debet intelligi de communitatibus iam existentibus cum hierarchia propria et characteribus propriis, etsi ratione originis ritus aliquid commune habeant cum alio».

Sensus huius animadversionis hic est: textus videtur submittere potestati Patriarchae omnes hierarchas eiusdem ritus, etsi pertineant ad alias Ecclesias.

R. – In nostro Schemate, «ritus», non pro ritu liturgico, sed pro «Ecclesia particulari» hierarchice constituta sumitur. Ceteroquin, quod dicitur de patriarchatibus valet etiam, congruis referendo, de archiepiscopatibus maioribus.

118 – 9 Patres petunt ut omittatur tota haec paragraphus (introducenda per emendationem) de aggregatione hierarcharum extra territorium patriarchale, ut vitetur «permixtio Ordinariorum in eodem territorio; si autem huiusmodi hierarcha constituatur, sit oportet omnino sui iuris, Sanctae Sedi immediate subiectus» (1471). Praeterea, dicit Pater sub n. 1466, «praxis pastoralis, etiam apud Ecclesias orientales, in regionibus occidentalibus valde differt a praxi in Oriente... Bonum animarum Ecclesiae orientalis in Occidente ab iis qui degunt in Oriente difficile promovetur. Aggregatio proposita proponit actionem in distans».

R. – Modus contradicit textui iam approbato. Ceteroquin, non agitur nec de iurisdictione proprie dicta, sed de aliquo nexu, a iure determinando, inter huiusmodi hierarchas et Ecclesiam matrem seu ritum originalem.

119 – 1 Pater eundem effectum obtinet proponendo ut omittantur tantum verba: «etiam extra fines territorii patriarchalis».

R. – Nulla difficultas habetur, si hierarcha constituitur intra fines territorii patriarchalis. Textus Schematis aliud quid respicit.

I	II [n. 8, 7, 7-9]	
[cf. n. 13]	8.	7
[cf. n. 13, p. 7, ln. 24-27]	Patriarchae Ecclesiarum Orientalium, licet alii aliis tempore posteriores sint, omnes tamen aequales sunt ratione dignitatis patriarchalis,/salva inter eos praecedentia honoris legitime statuta. <sup>10</sup>	8 9

**II** <sup>10</sup> In Synodis Oecumenicis: Nicaena I, can. 6; Constantinopolitana I, can. 3; Constantinopolitana IV, can. 21; Lateranensi IV, can. 5; Florentina, decr. pro Graecis, 6 iul. 1439, § 9. Cf. Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 219, etc.

**III** [A] N. 8: lin. 7: Cf. E/2582, E/2595.

**IV** AD NUMERUM 8 [N. 8: Cf. E/3562].

120 – 22 Patres *novam redactionem* proponunt huius numeri, quem, alia ex parte, postponunt alio numero de iuribus patriarcharum: «*Ceterum omnes Patriarchae qua tales excepto Romano Pontifice*, licet alii aliis sint tempore posteriores, omnes tamen aequales sunt ratione dignitatis patriarchalis, *salvis privilegiis singulis propriis*».

R. – Post votationem Commissionis super totum caput, opportunum erit ut revideatur ordo paragraphorum, quia in n. 7 agitur de iuribus Patriarcharum, et in n. 9 de iisdem iuribus denuo tractatur; dum n. 8 stat in medio. Ceteroquin, nova redactio non convenit perspectivae nostri Schematis quod de Patriarchis praesertim orientalibus loquitur.

121 – *De aequalitate Patriarcharum*, 1 Pater petit ut «omnes Patriarchae, *sine ulla omnino distinctione*, aequo honore aestimentur».

R. – Hoc convenire videtur cum textu Schematis, nisi intendat ille Pater suppressere etiam ius praecedentiae, id quod contradiceret textui approbato.

122 – *Praecedentiam tribui Patriarchis ante Cardinales* petunt 3 Patres: «Patriarchae habeant praecedentiam ante Cardinales post Papam». Ex his, duo (1438, 1424) pressius determinant sic dicendo: «Patriarchae Antiochiae, Constantinopolis et Alexandriae habeant praecedentiam...», dum modus sub n. 1480 loquitur de Patriarchis in genere, pro quibus petit praecedentiam ante Cardinales «dans les sessions ou réunions œcuméniques de toute l'Eglise».

R. – Res relinquatur Romano Pontifici.

III [n. 8, 59, 1-5]

IV [n. 8, 839, 31-840, 2]

59 8. [A]

120 8.

31

Patriarchae Ecclesiarum Orientalium, licet alii aliis tempore posteriores, /omnes tamen aequales sunt ratione dignitatis patriarchalis, salva inter eos/prae-  
cedentia honoris legitime statu-  
ta.<sup>10</sup>

121-7 Patriarchae Ecclesiarum Orientalium, licet alii aliis tempore posteriores, omnes tamen aequales sunt ratione dignitatis patriarchalis, salva inter/eos prae-  
cedentia honoris legitime statu-  
ta.<sup>10</sup>

840

2

III, IV <sup>10</sup> In Synodis Oecumenicis: Nicaena I, can. 6; Constantinopolitana I. can. 3; Constantinopolitana IV, can. 21; Lateranensi IV, can. 5; Florentina, decr. pro Graecis, 6 iul. 1439, § 9. Cf. Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 219, etc.

123 – *Dignitatem patriarchalem aequiparari dignitati cardinalitiae* volunt 3 Patres, his formulis: «Patriarchae aequiparentur in dignitate et honore Cardinalibus Ecclesiae Romanae» (1362); vel addatur in n. 9, post verba «singulari honore»: «S. R. E. Cardinalibus aequiparato»; vel ad finem n. 9: «In specie censet dignitatem Patriarcharum aequiparandam esse dignitati Cardinalium».

R. – Res relinquitur Romano Pontifici.

124 – *Patriarchas constituere in Sacro Collegio primum et specialem ordinem Cardinalium Patriarcharum* petunt 2 Patres his formulis: «Optandum est ut, si ita Summo Pontifici placeat, instituat ordo Cardinalium Patriarcharum qui sit primus in Purpuratorum Patrum coetu... Hoc non valet de Archiepiscopis» (1357); vel: «Patriarchae Orientales polleant etiam dignitate cardinalitia atque efforment in Sacro Collegio "Ordinem Cardinalium Patriarcharum" cum et sub Patriarcha Occidentis Summo Pontifice».

125 – A 2 Patribus proponitur, ut *Patriarchae sint Cardinales et quidem Cardinales Episcopi*.

R. – Res relinquitur Romano Pontifici.

126 – *Ius eligendi Romanum Pontificem* maioribus Patriarchis tribui vult 1 Pater (1417), hac formula: «Maximi Patriarchae ius Summum Pontificem eligendi obiective et subiective habeant». Idem pro omnibus Patriarchis proponunt 2 Patres (1325, 1461) dicendo: «Sint membra Conclavis».

R. – Res relinquitur Romano Pontifici.

127 – A 4 Patribus proponitur, ut «*Patriarchae ipso iure sint membra Senatus Ecclesiae a Summo Pontifice instituendi*».

R. – Res relinquitur Romano Pontifici.

I [n. 12, 7, 16-22]

II [n. 9, 7, 10-14]

16 12.

9.

10

Secundum antiquissimam Ecclesiae morem, singulari honore prosequendi sunt Ecclesiarum Orientalium Patriarchae, quippe qui amplissima potestate, a Romano Pontifice vel a Concilio/Oecumenico data vel agnita, suo quisque patriarchatui tamquam/pater et caput praesunt.

Secundum antiquissimam Ecclesiae traditionem, singulari honore/prosequendi sunt Ecclesiarum Orientalium patriarchae, quippe qui

Ideoque exoptat haec Sancta Synodus non/solum ut eorum iura atque privilegia, in bonum animarum, salva/maneant, verum etiam ut patriarchatus o-

suo/quisque patriarchatui tamquam pater et caput praesint.

Ideo statuit haec/Sancta Synodus, ut eorum iura atque privilegia salva maneant, iuxta antiquas traditiones

**II** N. 12 (N. 9 novi textus): *Placet*, salvis emendationibus.

77) «In enumerandis rationibus, a quibus auctoritas ducitur, iuxta evolutionem historicam prius recensenda sunt Concilia Oecumenica, deinde Romanus Pontifex. Insuper ipsa evolutio historica ut ratio, et quidem prima, adducenda est» [E/818].

*Resp.*: Non videtur necessarium, nec expedit.

78) «Totus articulus ad Codicem reformandum remittatur, quia ad ipsum spectat» [E/480].

*Resp.*: Expedit ut de his agatur, quia agitur de principiis.

79) l. 16 «Omissis verbis “secundum antiquiss. Eccles. morem”, prosequendum: “singulari ergo honore...”» [E/480].

*Resp.*: Provisum in nova textu.

80) l. 20 ss. «Post “eorum” addatur “genuina”, loco “privilegia” dicatur “praerogativa”, post “animarum” addatur: “plene restituantur, immo opportune augeantur” (e. gr. praecedentia ante Cardinales, vox in electione Summi Pontificis, etc.)» [E/480].

*Resp.*: Ad Commissionem pro redactione Codicis.

81) l. 23 «Post “restituuntur” addatur: “ideoque pristina praecedentia eis est iterum attribuenda”. Ratio: CICO Patriarchas valde degradavit, id quod aegre fertur» [E/480].

*Resp.*: Ad Commissionem pro redactione Codicis.

82) l. 23 «Textus compleatur hoc modo: “Polleant Patriarchae plena auctoritate sua traditionali. Summo Pontifice nonnisi per modum exceptionis interveniente prout signum aut medium catholicae unitatis in certis casibus, v. gr. cognitio electionis aut nominationis hierarcharum, constitutio novarum sedium, acceptatio legislationis latae in Synodis, etc.”» [E/388].

*Resp.*: Nimis limitat potestatem Summi Pontificis et nec ex toto neque ex parte maioritatem obtinuit.

**III** [A] N. 9: lin. 10: Cf. E/2582.

[B] N. 9: lin. 13-4: Emendetur: sic: «... ut eorum iura atque privilegia *quampriimum restituantur*, iuxta antiquas traditiones *uniuscuiusque Ecclesiae* et synodorum oecumenicorum decreta» [E/2559, E/2563, E/2582, E/2602, E/2515].

**IV** AD NUMERUM 9/A [Cf. E/3499, E/3506, E/3592].

128 – 2 Patres proponunt hanc emendationem: «quippe qui in sedibus *apostolica origine* (sic!) suo Patriarchatui praesint *tamquam signum unitatis*. Ideo

## III [n. 9, 59, 6-14]

## IV [n. 9, 840, 3-7]

6	9.		9.	3
7	Secundum antiquissimam Ecclesiae/traditionem, [A] singulari honore prosequendi sunt Ecclesiarum Orientalium patriarchae, quippe qui		Secundum antiquissimam Ecclesiae traditionem, singulari honore prosequendi sunt Ecclesiarum Orientalium patriarchae, quippe qui	4
10	suo quisque patriarchatui tamquam pater et caput praesint.		suo quisque/patriarchatui tamquam pater et caput praesint.	5
11	Ideo statuit haec Sancta Synodus, [B]	129s.	Ideo statuit haec Sancta Synodus	6
12	ut/eorum iura atque privilegia <i>quamprimum restituantur</i> ,	133	ut eorum iura atque privilegia <i>instaurentur</i> ,	7
13	iuxta antiquas traditiones <i>unius-</i>	131	iuxta antiquas traditiones <i>unius-</i>	
14				

*servanda est consuetudo Synodi Patriarchalis*».

R. – Indoles apostolicitatis et institutio patriarchalis sunt res distinctae. Mentio synodi iam fit sub n. 9/D, quando sermo est de exercitio potestatis patriarchalis. 129 – 22 Patres sequentem modum proponunt: «Statuit ergo haec S. Synodus, ut, ubi haec iura decursu temporum obsoleta vel restricta sint, quam primum restituantur...».

R. – Hic modus idem affirmat, sed hypothetice. Revera haec iura ubique restricta sunt. Hypothesis non videtur necessaria.

130 – 1 Pater proponit sequentem textum: «Statuit S. Synodus ut iura Patriarchatum ubi decursu temporum restricta sunt, restituantur» (omisso «quamprimum»).

R. – Dictio «patriarchatum» minus exacta videtur; de «quamprimum» provisum per emendatum textum.

131 – 3 Patres proponunt ut paragraphus sic concludatur: «Iuxta *antiqua* uniuscuiusque Ecclesiae (omittitur vox: «traditiones») et synodorum oecumenicarum decreta».

R. – Textus schematis videtur melior, in quantum distinguit inter ius consuetudinarium et canones synodorum.

132 – 1 Pater proponit ut, loco «haec autem iura et privilegia... restituantur», dicatur: «Haec *enim* iura et privilegia... *redintegrentur*...».

*Ratio*: 1) Dicitur «enim» quia videtur dari ratio, cur restituenda sint iura ac privilegia, 2) melius «redintegrentur», ne videatur argui S. Sedes de furto».

R. – Adiunctio verbi «enim» non est ad rem, quia auctor modi confundit duas ultimas phrases. Verbum «redintegrentur» significat: «restaurare in integrum», ideo idem dicit. Provisum per dictionem: «instaurentur».

133 – 4 Patres sunt *contra restitutionem iurium patriarchalium*, quia, dicit Pater sub n. 1483: «Concilium non potest ullum limitem imponere potestati Romani Pontificis», vel quia, dicunt Patres sub nn. 1490 et 1493, per huiusmodi verba, «reverentia erga Sanctam Sedem minus servatur; ista verba fere supponunt haec omnia quasi iniuste ablata fuisse». Ideo proponit Pater sub n. 1479, ut maneat textus prior, sc. dicatur: «ut eorum iura atque privilegia *salva maneant*», nec dicatur: «quamprimum restituantur».

R. – In aliqua restitutione disciplinae ecclesiasticae, v. g. in restitutione diaconatus vel iurium episcoporum etc. ..., nulla fit iniuria competenti auctoritati ecclesiasticae. Ceteroquin, ipse Summus Pontifex *cum* Concilio decernit. Verba «salva maneant» non satis exprimunt reformationem seu restaurationem iurium patriarcharum, quam Concilium intendit.

I [n. 12, 7, 22-23]

II [n. 9, 7, 14]

- 23 ritales prospere vigere/ac florere pergant et in pristinum splendorem restituantur.<sup>9</sup> et synodorum oecumenicarum decreta.<sup>11</sup>

I <sup>9</sup> Cf. Pius XII, *l. c.*, can. 216, § 1; ampliatus ad finem Concilii obtinendum.

II <sup>11</sup> Cf. supra, nota 8.

II 83) A duobus Patribus [E/440] proponitur textus substitutivus nn. 10-14, sic:

I. «Patriarchae sunt in Ecclesia catholica episcopi principales. Gaudent scilicet potestate episcopali plena, quae a canonica limitatione, sicut pro ceteris episcopis, minime vel parum restringitur. Non excedit enim potestatem nativam successorum apostolorum quod antiquiores episcopi, pro sua quisque regione, alios episcopos creent, cum quibus idem territorium collegialiter regant et quibus tamquam principes pastorum praesint».

II. «Quod autem titulum vel numerum vel territorii fines vel praecedentiam sedium spectat, hoc ad ius ecclesiasticum pertinet».

III. «Secundum antiquam Ecclesiae traditionem et Oecumenicorum Conciliorum decreta, hi sunt tituli et ordo maiorum sedium patriarchalium: prima sedes Romana Beati Petri Principis apostolorum, secunda Constantinopolitana, tertia Alexandrina, quarta Antiochena, quinta Hierosolymitana». (Si vero opportunum esset descendere ad quasdam res particulares, tunc sequentia proponuntur).

IV. «Praeter Romanam sedem, nulla existit sedes patriarchalis ritus latini proprie dicta».

V. «Patriarchae sic dicti orientales, vi eorum dignitatis, potestatis et traditionalis praestantiae, sive in Oecumenicis Conciliis sive extra eiusmodi concilia, in universalibus scilicet negotiis tractandis, sunt simul cum Romano Pontifice, eorum Summo Praeside, praecipui episcopi illius quae ab undique Ecclesia est».

VI. «Quae potestas patriarchalis, etsi vocabulum Patriarcha nonnisi tarde apparuit, in episcopos, clericos et fideles proprios, necnon auctoritas in ipsam Ecclesiam universalem, ab antiquissimis, imo apostolicis temporibus viget, a Spiritu Sancto in Corpore Christi Mystico producta».

VII. «Patriarchae iure ergo traditionali et canonico constituerunt et constituunt, in communione cum Romano Episcopo, Supremum Collegium in Ecclesia».

VIII. «Quae Florentina Synodus et Romani Pontifices post eam saepe saepius affirmaverunt de iuribus et privilegiis patriarcharum minime imminuendis, haec Sacra Synodus sollemniter confirmat; haec autem iura et privilegia sunt illa quae in millenaria unione Orientis et Occidentis viguerunt, etsi ad nostra tempora aliquando adaptanda sint, minime vero minuenda» [E/440].

*Resp.*: Debita disceptatione praemissa, textus propositus, excepto n. II, maiori parte praescripta reiectus fuit vel in quibusdam propositio maioritatem sufficientem pro approbatione non obtinuit. Rationes reiectionis: non sat clara interpretatio historica, formulatio non semper adaequata, affirmationes non opportuna finibus praesentis Concilii.

III [C] N. 9: lin. 14: Addatur: «*Haec autem iura et privilegia sunt illa quae in unione Orientis et Occidentis viguerunt, etsi ad nostra tempora aliquando aptanda sint, minime vero minuenda*» [E/2976].

IV 134 – 1 Pater proponit, ut adiungatur in fine huius paragraphi: «*et Patriarchae in suis sedibus habitualiter resideant*».



III [n. 9, 59, 14-17]

IV [n. 9, 840, 7-9]

- |    |  |       |  |   |
|----|--|-------|--|---|
| 15 | <i>cuiusque Ecclesiae et Synodo-</i>           | 136s. | <i>cuiusque Ecclesiae et Synodo-</i>           | 8 |
|    | <i>rum Oecumenicarum decreta.<sup>11</sup></i> | 134   | <i>rum Oecumenicarum decreta.<sup>11</sup></i> |   |
| 16 | [C] <i>Haec autem iura et privilegia</i>       | 135   | <i>Haec autem iura et privilegia</i>           | 9 |
| 17 | <i>sunt illa, quae in</i>                      | 138   | <i>sunt illa, quae tempore unionis</i>         |   |
|    | <i>unione</i>                                  |       | <i>unionis</i>                                 |   |

III, IV <sup>11</sup> Cf. *supra*, nota 8.

R. – Modus non est clarus. Residentia est certe obligatio pro omnibus Hierarchis.

135 – In nova redactione totius capituli quam obtulerunt 22 Patres sequens modus proponitur, quem amplexus est etiam Pater, qui obtulit modum n. 1474: «quamprimum restituantur, et quidem uti viguerunt toto millenario unionis Orientis et Occidentis, etsi ad nostra tempora sint aliquantulum aptanda» (omittitur: «minime vero minuenda»).

R. – «Millenarium unionis» non valet historice de omnibus Ecclesiis. Melius dicitur: «tempore unionis». Expressio «minime vero minuenda» sapit aliquam suspicionem, igitur delenda videtur, eo magis quod continetur in verbo «restituuntur».

136 – 2 Patres alium modum proposuerunt: «... restituuntur (omisso verbo «quamprimum») ad pristinam formam primi millenarii». Ratio autem est, dicunt illi Patres, quod «secus unio est impossibilis».

R. – Provisum.

137 – 1 Pater *novam redactionem* proponit: «Ut eorum iura atque privilegia, illa nempe quae in unione Orientis et Occidentis viguerunt, etsi a *suprema vel competenti auctoritate ecclesiastica* ad nostra tempora aliquando aptanda, iuxta antiquas uniuscuiusque Ecclesiae traditiones et synodorum oecumenicarum decreta *salva tecta*que servantur».

R. – Obvium est aptationem iurium patriarchalium fieri non posse nisi a Suprema Auctoritate vel a competenti auctoritate. Alia expressio «salva tecta»que servantur» non satis indicat ideam restorationis.

138 – Positionem aliquantulum contrariam assumpserunt 4 Patres (sc. contra assertam necessitatem restaurandi iura patriarchatum sicut tempore unionis viguerunt) simulque petierunt aliquod «aggiornamento» iurium patriarchalium:

Pater de quo in n. 1455 vult ut haec omnia remittantur Codici Iuris Canonici, «nam agitur de institutione mere ecclesiastica et melius convenientiae pastoralis attendi possunt».

Alius de quo in n. 1359 petit ut «recognoscatur doctrina de patriarchatu. Si patriarchatus est forma valida adhuc, cur non introducendus esset etiam in Ecclesiam occidentalem? Si vero est forma obsoleta, cur non supprimendus esset etiam in Ecclesiis orientalibus?». Putat idem Pater patriarchatum aequiparari posse, nostris diebus, conferentiis episcopalibus et viceversa.

Alius de quo in n. 1355 putat quod «tanta Patriarcharum iura etiam super Episcopos videntur non bene convenire cum Collegialitate Episcoporum... Ad quid ergo tot privilegia, si hodie necessaria amplius non sunt?»

Alius de quo in n. 1352 petit ut «*iura atque privilegia institutionis patriarchalis sint illa, quae conveniunt ordinationi Ecclesiae in nostris temporibus*».

R. – Concilium non agit tantum de institutis iuris divini. Patriarchatus aequiparari non potest conferentiis episcopalibus, nec mere constituitur privilegiis, nec contradicit collegialitati episcoporum. Alia aptatio huius instituti ad nostra tempora iam in textu praevidetur.

**III** [D] N. 9: lin. in fine: Dicatur: "*Patriarchae, cum suis synodis, superiorem constituunt instanciam pro quibusvis negotiis patriarchatus, non secluso iure constituendi novas eparchias atque nominandi episcopos sui ritus ubicumque hoc opportunum videbitur, salvo inalienabili Romani Pontificis iure in singulis casibus interveniendi*" [E/2976].

**IV** 139 – 3 Patres petunt *ut deleatur comma finale: «minime vero minuenda»*. *Rationes: a)* quia est repetitio inutilis, cum asseratur, quod iura patriarchalia salva manere debent, *b)* est quasi suspicatio de animo sincero huius decreti vel Sanctae Sedis, *c)* portam omnino claudit ad futuram et possibilem diminutionem iurium et privilegiorum Patriarcharum a competenti auctoritate, si novae conditiones hoc petant, sc. necessitas aptationis ad tempora nostra.

R. – Iam provisum.

140 – Alii 6 Patres petunt, *ut tota haec paragraphus tollatur*. Sapit enim desiderium retinendi privilegia antiquata; Ecclesia non est «corpus mumificatum». Reiciatur ergo emendatio et fiat reditus ad textum anteriorem Schematis.

R. – Hic modus contradicit votationi Concilii. Non agitur de conservando «corpore mumificatio», sed de «instituto revivificando».

141 – 1 Pater econtra non approbat textum «*nisi emendatio p. 15 Relationis in textu inseratur*».

R. – Emendatio est iam inserta.

142 – 4 Patres volunt, ut deleatur tota haec paragraphus, uti excessiva.

R. – Hic modus contradicit votationi Concilii.

143 – 2 Patres volunt, ut haec quaestio remittatur ad benignitatem S. Sedis, quae «singula in concordia cum Patriarchatibus disponet».

R. – Concilium ad hoc convocatur, ut tractet huiusmodi quaestiones maioris momenti pro vita Ecclesiae.

144 – 3 Patres loquuntur de concedenda Patriarchis cum eorum synodis *autonomia canonica*:

*a)* Primus Pater proponit haec verba vel similia: «Debent omnes Patriarchae Orientales iterum habere *iurisdictionem pastoralem autonomam in suos fideles, sine recurso ad Sedem Apostolicam. Sic erat per quasi mille annos antea*».

*b)* Secundus Pater hoc proponit: «Dicatur restituenda esse unicuique patriarchatui non solum externa honoris signa, sed *autonomiam, salvo Primatu Summi Pontificis et iuxta antiquas traditiones. Nulla admittatur iurdictio subtracta auctoritati Patriarchae et eius Synodi*».

*c)* Tertius Pater proponit, ad modum definitionis, sequentem formulam: «*Patriarchae suaeque Synodo competit plena autonomia canonica et disciplinaria in suo territorio, et iurdictio in omnes episcopos, metropolitans non exceptis, clerum et populum, salvo tamen primatu Romani Pontificis*».

## III [n. 9, 59, 17-28]

## IV [n. 9, 840, 9-15]

18	<i>Orientis et Occidentis/viguerunt, etsi ad nostra tempora aliquantum aptanda sint, minime vero minuenda.</i>	140	Orientis/et Occidentis viguerunt, etsi ad hodiernas condiciones aliquantum aptanda/sint.	10
19		139		11
20		141		
21	[D] <i>Patriarchae cum suis synodis</i>	142-4	Patriarchae cum suis synodis	12
22	<i>superiorem constituunt instantiam pro quibusvis negotiis patriarchatus, non secluso/iure constituendi novas eparchias</i>	145	superiorem constituunt instantiam pro quibusvis negotiis patriarchatus, non secluso iure	13
23		146		
24	<i>constituendi novas eparchias</i>	151	constituendi novas eparchias	
25	<i>atque/nominandi episcopos sui</i>	147	atque nominandi episcopos sui	14
26	<i>ritus ubicumque hoc opportunum videbitur, salvo inalienabili</i>	148s.	<i>chalis, salvo/inalienabili</i>	15
27	<i>Romani Pontificis iure in singulis casibus interveniendi.</i>	150	Romani Pontificis iure in singulis casibus interveniendi.	
28		152		

R. – Expressio «autonomia canonica» ansam praebere potest falsis interpretationibus. Igitur vitanda videtur. Ceterum hi modi nil novi adiungunt *textui* Schematis. 145 – 1 Pater proponit *novam reductionem* totius paragraphi:

«Patriarchae, cum suis synodis, *salvis Romani Pontificis reservationibus*, superiorem constituunt instantiam pro negotiis (omittitur «quibusvis») Patriarchatus, non secluso iure, *intra fines territorii patriarchalis*, novas eparchias constituendi atque episcopos sui ritus nominandi, *iuxta normas a suprema auctoritate ecclesiastica editas*».

R. – Ius «interveniendi» sensum melius exprimere videtur quam ius «reservandi». «Intra fines territorii patriarchalis» retinenda videtur, sed addi debet aliquid de huiusmodi iure *extra* fines territorii patriarchalis. Ultima phrasid superflua videtur.

146 – 1 Pater proponit, ut loco «*iure constituendi*» dicatur «*negotio constituendi*», sed non dat rationem.

R. – Haec competentia est verum *ius*, non solum *negotium*.

147 – 1 Pater proponit, ut loco «*nominandi*» episcopos dicatur: «*Sanctae Sedi praesentandi episcopos nominandos*».

*Ratio*: Quia nominatio episcoporum uni Sanctae Sedi reservatur.

R. – Hoc contradicit sanae disciplinae et historiae.

148 – 3 Patres proponunt, ut post verba «constituendi novas eparchias atque nominandi episcopos sui ritus, ubicumque hoc opportunum videbitur» addatur haec clausula: «*intra limites sui territorii sui ritus orientalis traditionalis*».

*Ratio* est, quia auctoritas Patriarchae exerceri non potest nisi in suo territorio, et quia pluralitas iurisdictionis in eodem territorio est gradatim reducenda, non amplificanda.

R. – Provisum est in n. 9/D.

149 – 1 Pater petit, ut post verba «ubicumque hoc opportunum videbitur» addatur haec clausula: «*cum consensu Conferentiarum episcopalium localium quibus interest*».

R. – Provisum dicendo: «de consensu Romani Pontificis».

150 – 1 Pater petit, ut tollantur verba «*in casibus particularibus*».

R. – In textu non dicitur «in casibus particularibus», sed «in *singulis* casibus» (quod non est idem).

151 – 1 Pater petit, ut haec paragraphus «*concordetur cum iis, quae dicuntur de creatione novarum eparchiarum in Schemate de Regimine Episcoporum*».

R. – Concordantia habetur in verbis «de consensu Romani Pontificis» (cf. Schema de pastoralis munere episcoporum cap. II, n. 23/3, p. 38, linn. 38-39; ubi dicitur: «iudicio Apostolicae Sedis»).

152 – 1 Pater petit, ut *Patriarchatus mere titulares aboleantur*.

R. – Hoc non pertinet ad nostram Commissionem.

I [n. 13, 7, 24-27]

II

24 13.

[cf. n. 8]

25 Patriarchatus Ecclesiarum Ori-  
 26 talium, licet alii aliis/tempore  
 27 posteriores sint, omnes tamen  
 aequales sunt dignitate/patriar-  
 chali, salva inter eos praecedentia  
 honoris legitime statuta.<sup>10</sup>

[cf. n. 8, ln. 7-9]

---

**I** <sup>10</sup> Cf. Synodus Nicaena I, an. 325, can. 7; Syn. Constantinopolitana IV, an. 869, can. 21; S. NICOLAUS I, litt. *Ad consulta vestra*, 13 nov. 866: «Desideratis nosse»; «Porro quia»; S. LEO IX, litt. *Congratulamur vehementer*, an. 1052/53: «Pro cuius»; INNOCENTIUS III, litt. *Inter quatuor*, 24 nov. 1205; litt. *Praerogativa dilectionis*, 30 mart. 1205; litt. *Cum unigenitus*, 25 apr. 1205; litt. *Divisis aliis*, 15 maii 1205: «Vocati enim»; 1 litt. *Inter quatuor*, 2 aug. 1206; litt. *Licet apostolica sedes*, maii 1205, etc.; EUGENIUS IV (in Syn. Florent.), const. *Laetentur caeli*, 6 iul. 1439, § 9; S. LEO M., litt. *Quantum dilectioni*, 11 iun. 453.

---

**II** N. 13 (N. 8 novi textus): *Placet*, salvis emendationibus.

84) NN. 13-14 ad Ecclesiam universam extendi possent [E/530].

*Resp.*: Schema tractat tantum de Ecclesiis Orientalibus.

85) «Optandum ut Patriarchae sedium antiquissimarum praecedentia omnibus in Ecclesia praeter Romanum Pontificem gaudeant, ac, praeterea, ut ad S. R. E. Cardinalium dignitatem eleventur» [E/477].

*Resp.*: Ad Summum Pontificem et Commissionem pro redactione Codicis.

86) l. 25 «Melius diceretur: “tempore anteriores sint”» [E/223].

*Resp.*: Etsi ex se nihil obstat emendationi, Commissio tamen textum, schematis probavit.

## III

[cf. n. 8]

[cf. n. 8, p. 59, ln. 1-5]

## IV

[cf. n. 8]

[cf. n. 8, p. 839, ln. 26-p. 840, ln. 2]

---

87) l. 27 A duobus Patribus proponitur: «Pro certo semel indicandum est modo conciliari quatenus est praecedentia inter Patriarchas» [E/220].

*Resp.*: Iam provisum in Codice orientali.

88) l. 27 «Optabile praecedentiam Patriarcharum super omnes alios Praelatos affirmare» [E/386].

*Resp.*: Res remittatur ad Summum Pontificem et extra sedem Commissionis proponatur.

89) l. 27 «Addere oportet: "Patriarchae orientales apostolici praecedentia polent relate ad Cardinales, iidemque de iure conclavibus participant"» [E/388].

*Resp.*: Iam provisum per praecedentia suffragia, et ad Summum Pontificem.

I	II [n. 10, 7, 15-17]	
	10.	15
	Quae de Patriarchis sunt dicta, pertinent etiam ad	
	Archiepiscopos maiores,	16
	qui universae cuidam Ecclesiae particulari seu ritui praesunt. <sup>12</sup>	17

---

**II** <sup>12</sup> Cf. Synodum Ephesinam, can. 8; CLEMENS VII, *Decet Romanum Pontificem*, 23 febr. 1596; PIUS VII, Litt. Ap. *In universalis Ecclesiae*, 22 febr. 1807; PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 324-327; Syn. Carthagenen., an. 419, can. 17.

---

**III** [A] N. 10: lin. 15: Cf. E/2582.

**IV** AD NUMERUM 10 (De Archiepiscopis maioribus)

153 – 6 Patres petunt, ut deleatur hic numerus, quia, ait Pater quidam, «inutilis, immo nocivus pro unione Ecclesiae in Oriente» vel quia «Archiepiscopus maior non est patriarcha sic et simpliciter».

R. – Contradicit textui probato.

154 – 22 Patres novam redactionem proponunt: «Quae de Patriarchis dicta sunt, valent etiam congrua congruis referendo (vel mutatis mutandis) pro Archiepiscopis maioribus, qui...».

R. – Admittitur vox «valent», quia melior quam «pertinent». Loco aliarum expressionum dicatur «ad normam iuris» post verbum «etiam».

## III [n. 10, 59, 29-32]

## IV [n. 10, 840, 16-18]

29	10. [A]	153	10.	16
30	Quae de Patriarchis sunt dicta, pertinent etiam ad	154	Quae de Patriarchis sunt dicta, valent etiam ad normam iuris	
31	Archiepiscopos maiores,	155	de/Archiepiscopis maioribus,	17
32	qui universae cuidam Ecclesiae particulari seu ritui praesunt. <sup>12</sup>	156	qui universae cuidam Ecclesiae particulari seu/ritui praesunt. <sup>12</sup>	18

---

**III, IV** <sup>12</sup> Cf. Synodum Ephesinam, can. 8; CLEMENS VII, *Decet Romanum Pontificem*, 23 febr. 1596; PIUS VII, Litt. Ap. *In universalis Ecclesiae*, 22 febr. 1807; PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 324-327; Syn. Carthaginen., an. 419, can. 17.

---

155 – 2 Patres quandam distinctionem faciendam censent inter iura Patriarcharum et Archiepiscoporum maiorum et proponunt ut dicatur: «Quae de Patriarchis sunt dicta, aliquo modo pertinent...».

R. – Expressio «aliquo modo» est nimis vaga nec satis decorosa.

156 – 1 Pater proponit definitionem Archiepiscopi maioris: «Nomine Archiepiscopi maioris venit Episcopus, qui universae cuidam Ecclesiae particulari non patriarchali praeest, cuique tribuuntur quaedam iura atque privilegia patriarcharum secundum antiquam uniuscuiusque Ecclesiae particularis traditionem servandam, necnon iuxta normas a Suprema Auctoritate ecclesiastica statutas exercendas ».

R. – Est potius descriptio, quae in iure dari non solet. Brevius dici potest substantia rei addendo textui «ad normam iuris». Cf. supra.

I [n. 14, 7, 28-30]

II [n. 11, 7, 18-21]

28 14.

11.

18

[cf. ln. 30-32]

Cum institutum patriarchale in Ecclesiis Orientalibus sit forma regiminis traditionalis, Sancta et Oecumenica Synodus exoptat, ut, si/opus sit, novi erigantur patriarchatus, quorum constitutio

29  
30  
Constitutio vero novorum patriarchatum, si id bonum/Ecclesiae postulare videatur, Synodo Oecumenicae vel Romano/Pontifici reservatur,

Synodo Oecumenicae vel Romano Pontifici reservatur.<sup>13</sup> 21

II <sup>13</sup> Syn. Carthaginen., an. 419, can. 17 et 57; Chalcedonensis, an. 451, can. 21; S. INNOCENTIUS I, Litt. *Et onus et honor*, a. c. 415: «Nam quid sciscitaris»; S. NICOLAUS I, Litt. *Ad consulta vestra*, 13 nov. 866: «A quo autem»; INNOCENTIUS III, Litt. *Rex regum*, 25 febr. 1204; LEO XII, Const. Ap. *Petrus Apostolorum Princeps*, 15 aug. 1824; LEO XIII, Litt. Ap. *Christi Domini*, an. 1895; PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 159.

II N. 14 (N. 11 novi textus): *Placet*, salvis emendationibus.

90) «Clara fiat distinctio inter Patriarchas maiores et minores» [E/339].

*Resp.*: Post explicationem, emendatio retracta fuit.

91) «Optandum ut dicatur: "Patriarchae prout tales Collegio Cardinalium adnumerentur; praecedentia secundum diem electionis vel inthronisationis statuatur; ipsi in electione Summi Pontificis partes habeant"» [E/375].

*Resp.*: Pertinet ad Summum Pontificem.

92) «Proponitur ut: 1) Patriarchali dignitate polleant Metropolita Ucraino-um atque archiepiscopi Malabaricorum et Malencarensium [E/2194].

2) Patriarchae polleant etiam dignitate cardinalitia atque efferment in Sacro Collegio "ordinem cardinalium patriarcharum"» [E/2194].

*Resp.*: Non expedit agere de particularibus.

93) «Etiam hic articulus potius ad ius canonicum spectat ideoque illuc est remittendus» [E/480].

*Resp.*: Expedit ut de his agatur in Concilio.

